

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

Pars Autumnalis - St. Blasien 23

Gerbert, Martin

[St. Blasien], [um 1774 - 1777]

De sanctis

[urn:nbn:de:bsz:31-48883](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-48883)

Incipit Pars Autumnalis
Proprii de Sanctis.

Proprium de Sanctis. 13. 94.
P. A.

Primo hic ponuntur duodecim duernio-
nes ultimi ex parte festiuali a festo S.
Bartholomaei inclusivae. Deinde pergitur.

Die XXVII. Septembris.

S. Cosmo et Damiani Martyrum.

Duplex es. lect.

Oratio Sac. Greg.

Magnificette, Domine, sanctorum tuorum
Cosmo et Damiani veneranda solemnitas:
qua et illis gloriam sempiternam; et
opem nobis ineffabili providentia contu-
listi. Per Dominum.

Lectio III.

Ex variis monumentalibus ecclesiast.

Cosmas et Damianus fratres, natione Ara-
bes, arte medici, martyres celeberrimi,
antiquissimo ritu in Ecclesia tum Orientali,
tum occidentali coluntur. In urbe Cyro,
in quam primum eorum corpora credun-
tur fuisse translata, celebrem sub eorum
nomine erectam esse basilicam testis est
leuco quinto Theodoretus eiusdem urbis
episcopus. Postea hanc ipsam urbem Justinia-
nus imperator, referente Procopio, auxit,
audivit, et decoravit in memoriam recu-
perato divinitus, sanctorum Martyrum
beneficio, valetudinis. Idem imperator Con-
stantinopoli basilicam sub eorum nomine
magnificam huiusmodi construxit, destructa
reteris, que iam a temporibus Theodosii
iunioris fuerat sub eorum invocatione deo-
dicata. In septima synodo oecumenica referun-
tur miracula quaedam, sanctorum Cosmo et

Lamiani patrocinio a Deo impetrata. tra-
diturque coli solere depictas in basilicis et
privatis edibus horum Martyrum imagines,
eorumque opem salutem agris etiam despe-
ratis plerumque fuisse restitutam. Roma
autem eorum cultum non minus celebrem
fuisse testatur non solum dicata Deo subditorum
nomine in foro Romano a sancto Felice,
sancti Gregorii magno alavo, eulphā; sed
etiam iam antea canonis Omnes sanctorum
Martyrum nomen.

R. Signa eos, qui crediderint, hoc seque-
tur: & in nomine meo demonia eiciant,
super aegros manus imponent, et bene ha-
beunt. V. Viri misericordis sunt,
quorum pietates non defuerunt: cum
semine eorum permanent bona. & in nom.
V. gloria. & in nomine. Marc. 16. Luc. 11.

Die XXIX. Septembris.

S. Michaelis Archangeli,
et omnium Angelorum.

Festivitas II. classis 12. lect.

ad I. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Colos. 1.

In Christo condita sunt universa in caelis
et in terra, visibilia et invisibilia, siue
Throni, siue Dominationes, siue Principatus,
siue potestates: omnia per ipsum, et in
ipso creata sunt.

R. la. Laudate Dominum: & quia magnus
Deus noster pro omnibus diebus,

V. Omnia quaecumque voluit, fecit in caelo
et in terra. Ps. 134.

Hymnus An. Sant.

I. Christe, qui sedes Olympo,
Bar Deo Patri Deus, &

Quem tremescunt intendo
 Puriores Spiritus: *
 Da choris iunilos supernis
 Ore puro psallere.

2. Inter omnes fulguranti
 Ense victor emicat: *
 Qui Draconis in solealem
 Perculit hyperbiam: *
 De polo truxit rebellem
 In profunda barbara.

3. Dum superbum sternis hostem,
 In tonas: quid non Deus! *
 Obstinata turba precepit
 clade communi ruit: *
 Te triumphantem coronabit
 Qui tibi dat vincere.

4. Te tremendo poscat aeger
 Mortis in luctamine: *
 Advolantis efficaciam
 Sentiat presentiam: *
 Corporis vinculis solutum
 Nox ad astra transferes.

5. Sit suprema laus Parenti,
 Qui creavit omnia: *
 Filioque, qui reverent
 Morte nos volens sua: *
 Patet et illi, cuius almo
 Confovenur halitu. amen.

6. Facis angelos tuos Spiritus Domine:
 Et ministros tuos ignem urentem. Ps. 103.

Wagnif. ant. Millia millium ministra-
 bant ei: * Et decies milies centena millia
 assistebant ei. Dan. 4.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui miris ordine angelorum ministeria
 hominumque dispensas: concede propitius,
 et a quibus tibi ministrantibus in caelo semper
 sistimus, ab his in terra vita nostra muniamur.
 Per Dominum.

Ad vigilias et nocturnas.

Inuit. Deum, quem adorant angeli, & ve-
nite adoremus. apoc. 7.

Hymnus ex I. vespere.In I. nocturno antiphona.

1. Vidi Dominum sedentem super solium ex-
celsum, et elevatum; * et ea, quae sub ijs
erant replebant templum. Isa. 6.
2. Seraphim stabant super illud; * sex ala-
uni; et sex ala aetheri. ibid.
3. Clamabant alter ad alterum: * sanctus,
sanctus sanctus Dominus Deus exerci-
tuum. ibid.
4. Elevata est gloria Domini desuper cherub: *
et sonitus alarum cherubim audiebatur
quasi vox Dei omnipotentis loquentis. Isa. 6.
5. Septem lampades ardentes ante thronum: *
qui sunt septem spiritus Dei. apoc. 4.
6. Ceciderunt in conspectu throni in facies
suas: * et adoraverunt Deum. apoc. 4.
7. Benedicite Domino omnes angeli eius:
8. Benedicite Domino omnes virtutes eius. Ps. 102.

Lectioes quatuor cum suis Ps. de Scrip-
tura et die corrente.

In II. nocturno antiphona.

1. Benedicis coram angelo: non est providen-
tia: * ne iratus Deus dissipet cuncta opera
manuum tuarum. Lubi. 5.
2. Vidit Jacob in somnis scalam, * et angelos
Dei ascendentes et descendentem per eam. Gen. 28.
3. Fuerunt Jacob obviam angeli Dei: * quos
cum visisset ait, castra Dei sunt haec. Gen. 32.
4. Vidit Josue virum stantem, equinatum
tenentem gladium: * qui respondit: sum
princeps exercitus Domini. Jos. 5.

5. Ecce Michael unus de principibus pri-
mis & venit in adiutorium meum. San. 10.
6. Clamavimus ad Dominum, et exaudivit nos: &
misitque angelum, qui eduxit nos. ctum. 20.
7. Immitte angelus Domini in circuitu
timentium eum:
8. Et eripiet eos. Ps. 35.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

L. ij. de civ. cap. 32. 33.

Angelos sanctos in sublimibus coeli sedibus,
non quidem Deo coaeternos, sed tamen de sua
sempiterna et vera felicitate securos et certos
esse, nemo ambigat. Ad quorum societatem
pertinere parvulos suos Dominus docens, non
solum illud ait: erunt aequales angelis Dei;
verum ipsi quoque angeli qua contempla-
tione fruantur, ostendit, ubi ait: videte, ne
contemnatis unum ex pusillis istis; dico enim
vobis, quia angeli eorum semper vident fa-
ciem Patris mei, qui in caelis est. Quospe-
ritatem quoddam angelos, et in huius mundi
ina detrusos, qui eis velut carcer est, usque
ad futuram in die iudicii ultimam damna-
tionem, apostolus Petrus apertissime ostendit,
dicens: quod Deus angelis peccantibus non
reperit, sed carceribus caliginis inferni retin-
dens tradiderit, in iudicio puniendos reservari.
9. Ecce qui serviunt Deo, non sunt stabiles,
et in angelis suis reperit pravitatem: & et
coeli non sunt mundi in conspectu eius. 10.
Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem:
expulsi sunt, nec potuerunt stare. & et
celi. Job. Job 4. 14. et Ps. 35.

Lectio VI.

Inter hos ergo et illos Deum vel presen-
tia vel opere divisisse quis dubitet, has
duas angelicas societates, unam fruentem
Deo, alteram tumentem typho: unam cui
dicuntur: adorate eum omnes angeli eius;
aliam, cuius princeps dicit: hoc omnia tibi
dabo, si prostratus adora veris me: unam
Dei sancto amore flagrantem; alteram pro-
pria celsitudinis amore fumantem. Et quo-
niam sicut scriptum est: Deus superbis re-
sistit, humilibus autem dat gratiam; istam
in caelis caelorum habitantem, istam inde
eiectam in hoc infimo aëreo coelo tumultuan-
tem. Illam luminosa pietate tranquillam;
istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam.
Illam Dei nutu clementer subvenientem,
iuste ulascentem; istam suo fastu subdendi
et nocendi libidine exoptantem. Illam
ut quantum vult consulat, Dei bonitatis
ministrantem; istam ne, quantum vult, nocentem,
Dei potestate frenantem. Illam huic illuden-
tem, sed nolens proferat persecutionibus suis;
hanc illi invidentem, cum peregrinos colligit
suos. Unam et natura bonam et voluntate
rectam; aliam vero natura bonam, sed
voluntate perversam.

R. Tetigit me quasi visio hominis, et
dixit: annuntiabo tibi, quod expressum est
in scriptura veritatis: * et nemo est adiutor
meus in omnibus his, nisi Michael prin-
ceps vester. V. Princeps regni persarum
respondit mihi: et ecce Michael unus de prin-
cipibus primis venit in adiutorium meum.
* et nemo. Dan. 10.

Leitio VII. c. 10. c. 7.

Merite illi in caelestibus sedibus constituti, im-
mortales et beati, qui creatoris sui participa-

ione congaudent, cuius ceteritate firmi, cuius
citate certi, cuius munere sancti sunt; quo-
nam nos mortales et miseros, ut immortales
beatique simus, misericorditer diligunt, no-
sunt nos sibi sacrificare sed ei, cuius et ipsi
nobiscum sacrificium se esse noverunt. Cum
ipsis enim sumus una civitas Dei, cui dicit
in psalmo: gloriosa dita sunt de te civitas Dei;
cuius pars in nobis peregrinatur, pars in
illis opitulatur. De illa quippe superna civi-
tate, ubi Dei voluntas intelligibilis atque
incommutabilis est, lex est, de illa superna
quodam modo curia, geritur namque ibi
cura de nobis, ad nos ministrata per angelos
sacra scriptura descendit.

R. Cecidi, ut adorarem ante pedes angeli;
Et dixit mihi: vide ne feceris: & conseruus
enim tuus sum et fratrum tuorum. Deum
adora. V. Respondit angelus: si me cogis,
non comedam panes tuos: si autem vis holo-
caustum facere, offer idud Domino. & con-
seruus. apoc. 22. iudi. 10.

Lectio VIII.

Sermo sancti Gregorii Pape.
hom. 34. in Evang.

Novem angelorum ordines esse testante sacro
eloquio scimus: Angelos, Archangelos, Vir-
tutes, Potestates, Principatus, Dominationes,
Thronos, Cherubim atque Seraphim. Etenamque
angelos et archangelos pene omnes sacri eloquii
sagine testantur. Cherubim vero atque
Seraphim sepe, ut notum est, libri prophetarum
loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina
Paulus apostolus ad Ephesios enumerat dicens:
supra omnem Principatum et Potestatem,
et virtutem et Dominationem. qui rursus ad
Colossenses scribens ait: siue Throni, siue Domi-
nationes, siue Principatus siue Potestates.

Dum ergo illis quatuor, quo ad Ispheios dixit,
coniunguntur Throni, quinque sunt Ordines:
quibus dum angeli et archangeli, cherubim
atque Seraphim adiuncta sunt, procul dubio
novem esse angelorum ordines inveniuntur.
¶ Audiui vocem angelorum multorum,
et erat numerus eorum millia millium
dicentium voce magna. * Dignus est agnus,
qui occisus est, accipere virtutem et Divini-
tatem. * Accipistis ad Sion montem, et
civitatem Dei viventis, et multorum
millium angelorum frequentiam. ¶ Di-
centium. * Gloria. * Dignus. apoc. 5.
Hebr. 12. In III. et octurno.

Ant. Benedictus es Domine in throno
regni tui, * qui intueris abyssos, et sedes
super cherubim. Jan. 5.

Cantica ex Dominica de Gualterio.

V. Ascendit Dominus super cherubim et
volavit:
R. Misit de summo et accepit me. Ps. 17.

LECTIO IX.

De apocalypsi beati Iohannis apostoli.
cap. 8.

Vidi septem angelos stantes in conspectu
Dei; et datae sunt illis septem tubae. Et alius
angelus venit, et stetit ante altare, ha-
bens thuribulum aureum; et datae sunt
illi incensa multa, ut daret de orationibus
sanctorum omnium super altare aureum,
quod est ante thronum Dei. Et ascendit fu-
mus incensarum de orationibus sanctorum,
de manu angeli coram Deo. Et accepit an-
gelus thuribulum, et implevit illud
de igne altaris, et misit in terram, et facta
sunt tonitrua, et voces et fulgura, et
terre motus magnus. Et septem angeli,

ui habebant septem tubas, preparaverunt
se, ut tuba canerent.

¶ Mittet Filius hominis angelos suos cum
tuba et voce magna, et congregabunt elec-
tos eius a quatuor ventis. V. Ipse Dominus
in iusu, et in voce archangeli, et in tuba Dei
descendet de caelo. * et. Matth. 24. j. Thes. 4.

Lectio X. cap. 10.

¶ Vidi alium angelum fortem, descendentem
de caelo, amictum nube, et iris in capite eius.
¶ Facies eius erat ut sol, et pedes eius tam-
quam columna ignis: et habebat in manu
sua libellum apertum; et posuit pedem su-
um dextrum super mare, sinistrum autem
super terram: et clamavit voce magna, quem-
admodum cum leo rugit. Et cum clamaret,
locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et
cum locuta fuissent septem tonitrua voces
eas, ego scripturus eram, et audivi vocem de
caelo dicentem mihi: signa quae locuta sunt
septem tonitrua, et noli ea scribere.

¶ In tempore illo confurget Michael prin-
cipis magnus, qui stat pro filiis populi tui: et
veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo
inites ope ceperunt, usque ad illud tempus. V.
¶ Consummatione seculi exhibunt angeli, et
erabunt malos de medio iustorum. * et
erunt. Dan. 12. Matth. 13.

Lectio XI. cap. 12.

¶ factum est praelium magnum in caelo:
Michael, et angeli eius praeliabantur cum
dracone, et draco pugnabat et angelicis:
¶ non valuerunt, neque locus inventus
est eorum amplius in caelo. Et proiecitur est
draco ille magnus, serpens antiquus, qui
vocabatur diabolus et satanas, qui seducit

uniuersum orbem, et proiectus est in terram, et angeli eius cum illo misi sunt.
R. Nunc facta est salus et uirtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi eius: & quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte **R.** Prophetea labamini coeli, et qui habitabis in eis. & quia. apoc. 12.

Lectio XII. cap. 22.

Dominus Deus spirituum Prophetarum misit angelum suum, ostendere seruis suis, quo oportet fieri cito. Et ecce uenio uelociter. Beatus, qui custodit uerba prophetie libri huius. Et ego Ioannes, qui audiui et uidi hoc. Et postquam audiui et uidi, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hoc ostendebat; et dixit mihi: uide, ne feceris; conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui seruant uerba prophetie libri huius: Deum adora.

R. Domine Deus exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim: & tu es ~~seleus~~ Deus solus omnium regnorum terre. **R.** Domine Deus noster, tu creasti omnia: et propheta uoluntatem tuam erant et creata sunt. & tu es. **R.** gloria. & tu es. Isa. 57. apoc. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum Mattheum. cap. 18.

In illo tempore: acciperunt discipuli ad Iesum dicentes: quis putas maior est in regno caelorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, et dixit: amen dico uobis, nisi uerueritis sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo

humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. qui autem scandalizauerit unum de paruulis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Uo mundo a scandalis! cliepe est enim, ut ueniunt scandala: uerumta men uo homini illi, per quem scandalum uenit. Si autem manus tua, uel pes tuus scandalizat te, abscide eum et proiice abs te: bonum tibi est ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proiice abs te: bonum tibi est unum uero oculo in uitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. uidele, ne contemnatis unum ex his paruulis; uic enim uobis, quia angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in caelis est.

Ad Matutinas et horas.

antiphona.

- 1. Michael et angeli eius proliabantur cum dracone: * et proiectus est draco, et angeli eius cum illo. apoc. 12.
- 2. Seraphim clamabant aeter ad aeterum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum. psa. 6.
- 3. gloria Dei erat super cherubim: * et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis. Ezech. 11.
- 4. ad cant. Angeli semper uident faciem patris mei: * qui in caelis est. Matth. 18.
- 5. Laudate Dominum omnes angeli eius: * laudate eum omnes uirtutes eius. ps. 148.

Leetio apoc. 7.

Omnes angeli stabant in circuitu throni,

et ceciderunt in conspectu throni in facies suas,
et adoraverunt Deum, dicentes: benedictio
et claritas, et sapientia, et gratiarum actio,
honor et virtus et fortitudo Deo nostro in secula
seculorum. amen.

R. br. Benedicite ~~Deo~~ Domino & omnes vir-
tutes eius.

V. ministri eius, qui faciatis voluntatem eius. Ps. 102.

Hymnus cum. Sant.

1. Mille quem stipant solio sedentem
Corporis puro sine mole mentes, &
Christe, quos fuisse tibi consecrasti
Sanguine, serua.

2. Quas tenent celsas super astra sedes
Spiritus, nobis quoque preparasti: &
Ut viam monstrant, socios fideles
Providus addis.

3. Qui Dei nunquam temeranda iura
Vindical sacris metuentis armis, &
Prompta per dendos Michael in hostes
Arma ministrat.

4. Munitius felix melioris ovi,
Fausa qui mundo gabriel tulisti: &
Creber e caelo venias, amica
Munitia portans.

5. Corporis morbos, tenebrasque mentis.
Pelle divinus medicus per artes; &
Qui seni caeco Raphael vedisti
Cernere solem.

6. Gratias Regi Superum canamus,
Fonte de cuius bona cuncta manant. &
Quem fides veri studiosa Trinum
Credidit et unum. amen.

V. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.
R. Et sancti tui benedicant tibi. Ps. 144.

Ant. Bened. ant. quis posuit mensuras terris,
vel quis te tendit super eam lineam? & cum me
laudarent simul astra matutina, et iubilarent
omnes filii Dei. Job. 38.

Ad Tertiam. Lectio apoc. 5.

Audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium et seniorum, sedenti in throno et agno benedictio, et honor, et gloria, et potestas in secula seculorum.

V. Benedicite Domino omnia opera eius:

R. In omni loco dominationis eius. Ps. 102.

Ad Sextam. Lectio Ephes. 1.

Potentiam virtutis operatus est Deus in Christo, illum constituens ad dexteram suam, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem.

V. Benedictus es, qui sedes super cherubim:

R. Et laudabilis, et super exaltatus in secula.

San. 3.

Ad Nonam. Lectio Hebr. 1.

cum introducit Deus Primogenitum in orbem terrarum, dicit: et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos dicit: qui facit angelos suo spiritus, et ministros suos flammam ignis.

V. Adorate Dominum omnes Angeli eius

R. Audivit et letata est Sion. Ps. 96.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 12.

Accipitis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis Ierusalem caelestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et caelestium principum civitatum, qui conscripti sunt in aliis.

V. In confpectu angelorum * psallam tibi Deus meus:

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Ps. 137.

Hymnus ex Matutinis.

V. Qui sedes super cherubim, ostende faciem tuam:

R. Et salvi erimus. Ps. 79.

Ad Magnif. ant. Gratia vobis a Deo patre
 et Domino Iesu Christo, ut digni habeamini
 in regno Dei: & in revelatione Domini Iesu
 de caelo, cum angelis virtutis eius. 2. Thim. 1.
Et sit commemoratio sequentis, De com-
muni Doctorum.

Die XXX. Septembris.

S. Hieronymi Presbyteri Doctoris.

Duplex maius. jr. lect.

Omnia de communi Doctorum proter sequentia.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui Ecclesie tuae in exponendis sacris
 Scripturis beatum Hieronymum confesso-
 rem tuum, Doctorem maximum, pro-
 videre dignatus es: presta, quosumus;
 ut eius suffragantibus meritis, quod ore
 simul et opere docuit, te adiuvante exer-
 cere valeamus. Per Dominum.

In II. octavo.

Lectio V.

Ex operibus S. Hieronymi.

Hieronymus Stridone in finibus Dalma-
 tiae etannoniae, Eusebio patre natus, puer
 a Donato liberalibus disciplinis Romae est
 institutus: ubi diebus dominicis sepulera
 apostolorum et Martyrum circumire, cre-
 broque aegyptas ingredi cum equalibus
 consueverat. Suscepto ibi adulecta iam eta-
 te baptismo, ad sacras litteras animum
 adiciens, gallias studiorum causa pera-
 gravit, Trevirisque librum sancti Hilarii
 de synodis sua manu descripsit. Postea in
 Chalcidiae Syriae solitudinem se recipit. Ibi
 ut importunas cogitationes, quas ieiunium
 et precibus non vicerat, studiorum aspi-
 duitate abigeret, quidam ad fidem converso

3m.
111.
le in disciplinam dedit, ut linguam Hebrai-
cam addiceret. Presbyter ordinatus constanti-
nopolim se contulit, ibique Gregorium Nazian-
zenum sacras litteras explanantem fre-
quens audiuit. Dein Romae per triennium
fuit ab epistolis Damasi: postea in Bethlehem ad in-
cunabula Quodemboris
maiores in te partem exegit.

Postquam se amplius dedit ad diligen-
tiam lectionis legis et prophetarum, et alio-
rum librorum, qui nobis a parentibus nos-
tris traditi sunt: et voluit et ipse scribere aliquid
eorum, quae ad doctrinam et sapientiam per-
tinent. V. Eruditus est in iuventute sua, et
impletus est quasi flumen sapientia; et in
interpretationibus mirato sunt terrae. et
voluit. Prolog. et cap. 47. Euli.

Lectio VI.

Sacros codices commentariis illustravit, et
quo certius geminum sensum assequeretur,
singula Balestino loca sedulo inuisit, adhibitis
Iudeorum eruditissimis. et veterum testamentum
Graeco fidei reddidit; velius iuxta hebraicam
transulit: psalterium, quod deinceps vulgata
Latina usa est, secundum Septuaginta inter-
pretationem correxit. Multa doctorum viro-
rum scripta Latine reddidit. Luciferianos,
Helvidium, Vigilantium, Jovinianum et
Pelagium acriter insecutus est. Tandem in
extrema senectute febre correptus migra-
vit ad Dominum anno Christi quadringen-
tesimo vigesimo. Eius corpus ad Bethlehem
sepultum, postea Romam translatum
in basilica sancto Otharis ad Broespe condi-
tum est.

Neceparium putavi et ipse aliquam
Dere diligentiam et laborem interpretandi. et
multa vigilia attuli doctrinam illis, et

qui secundum legem Domini prospiciunt
vitam agere. V. ut facilius possint memo-
ria commendare, omnibus autem legenti-
bus utilitas conferatur. F. qui. brolog. luli.
2. Math. 2.

Lectio VII.

Ex epistola sancti Hieronymi ad
Eustachium virginem. de cast. virg.

Quoties ego ipse in eremo constitutus et
in ista vasta solitudine, que exusta solis ardoribus
horridum monachis prestat habitaculum,
putabam me Romanis intersere
delicias. Sodebam solus, quia amaritudine
repletus eram. Horrebant saeva membra
deformia, et squalida cultis solum ethiopia
carnis obduxerat. Quotidie lacrymis, quo-
tidie gemitus, et si quando repugnantem
Sonnus imminens oppressisset, nuda humis
opa vix herentia collidebam. De cibis vero
et potu taceo, cum etiam languentes mo-
nachi aqua frigida utantur, et coctum
aliquid accipere luxuria sit. Ego igitur
ob gehennam metum tali me carcere ipse
damnaveram, scorpionum tantum socius
et ferarum. Pallabant ora ieiuniorum, et mens
desiderii estuabat in frigido corpore; et inha-
rentem suam iam carne pro mortuum sola
libidinum incendia bulliebant. Itaque
omni auxilio destitutus, ad Jesu iacebam
pedes, rigebam lacrymis, cinere tergebam,
et repugnantem carnem hebdomadarum
media subiugabam.

R. Castigo corpus meum, et in servitutum
revigo: * ne forte cum aliis predicaverim,
ipse reprobus efficiar. V. Confige Domi-
ne timore tuo carnes meas, a iudicis omni-
bus timui. * ne. 1. Cor. 9. Ps. 118.

B. A.

non erubescio confiteri infelicitatis meae mi-
 seriam: quin potius plango, me non frequen-
 ter. Memini me clamantem, diem cre-
 ro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris
 base verberibus, quam rediret Domino in-
 crante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam
 meam, quasi cogitationum mearum consciam,
 extimescebam: et mihi meo iratus et rigidus,
 illos desertas penetrabam. Sicuti concava
 altium, aspera montium, rupium praerupta
 crenebam, ibi meo orationis locus, ibi illud
 miserimo carnis ergastulum; et, ut ipse
 mihi testis est Dominus, post multas lacrimas,
 ostendo inhaerentes oculos, nonnumquam
 mihi videbar interese agni nubes Angelorum;
 et letus gaudensque cantabam: post te in-
 dorem unguentorum tuorum caremus.
 Cogitari dies antiquos, et annos eternos
 in mente habui: * meditatus sum nocte
 in corde meo, et exercitabar, et sepe peram-
 bitum meum. V. Semper quasi humilis
 per me fluctus timui Deum, et pondus eius
 curae non potui. * meditatus. V. gloria. *
 meditatus. Ps. 46. Job 31.

In III. nocturno lectiones et Evangelium
 e communi Doctorum. In vespere com-
 memoratio sequentis.

Feste Octobris.

Die I.

S. Remigii Episcopi.

Sem. duplex 3. lect.

Oratio Paris.

Omnipotens sempiternus Deus, qui beatum
 Remigium Pontificem populo tuo praesepit,
 quibus praerati, verbo et exemplo praesepit

voluisti: eius intercessionem pastores Ecclesie
 tuae cum gregibus sibi commissis dirige in
 viam salutis aeternae; ut omnes, te donante,
 tibi placida cupiant, et tota virtute perfici-
 ciant. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Fortunatum presbyt. scripta.

Remigius Lauduni natus est parentibus ec-
 cle siam proceribus. Annos natus duos et viginti
 ob seniles in adolescentia moris ad Episcopa-
 tum Remensem proter voluntatem raptus
 est. Cum autem Clodoveus Francorum rex
 Alamannos Tolbiaci, invocato Christi nomi-
 ne, debellasset, et instanti Remigio, ut fidem
 profiteretur, responderet, vereri se, ut per
 populum sibi liceret; ubi id rescivit, populum,
 statim auclamavit: mortales deos abigimus,
 pie rex, et Deum, quem Remigius predicat,
 immortalem, sequi parati sumus. Tunc
 Remigius Clodoveum, quem fidei documentis
 imbuerat, baptizavit ipso die natalis Domi-
 ni, his eum verbis allocutus: militis deponere
 colla, si canber: adora quod incendisti; incende
 quod adorasti. De exercitu autem eius ter
 mille et amplius, alique plurimi de
 familia regis baptismis initiati sunt.
 Clementia in poenitentes erat singulari:
 neque enim, inquirebat, nos posuit Domi-
 nus ad iracundiam, sed ad hominum curam.
 Senio tandem confectus obiit die decima ter-
 tia Ianuarii circa annum quingentesimum
 trigessimum tertium, ac septuaginta quatuor
 annis ecclesiam suam recte tradidit.

R. Pascite, qui in vobis est gregem Dei, pro-
 videntes non coacte, sed spontanea secundum
 Deum, * forma facti gregis ex animo. V.
 Si preoccupatus fuerit homo in aliquo
 delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi

375
118.

instruit in spiritu lenitatis. * forma. 8.
gloria. * forma. j. boh. s. gal. 6.
Vespero de sequente, sine commemoratione.

Die II. Octobris.

S. Angelorum Custodum.

Festivitas II. classis. jr. lect.

cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio. Job 33.

Deus viros instruit disciplina, ut avertat
hominem ab his quo facit: si fuerit pro eo
Angelus loquens, miserebitur eius, et dicet:
libera eum; et videbit faciem eius.

Ps. br. Angelis suis Deus mandavit de te:
ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ps. 90.

Hymnus brev. Rom.

Custodes hominum psallimus Angelos,
et auro fragili quos baltes addidit
Coelestis comites: * insidiantibus
et succumbere hostibus.

etiam quod cornu erit prouisor Angelus,
Concepit merito pulsus honoribus, *
Ardens invidia pellere nititur,
Quos caelo Deus aduocat.

Huc custos igitur pervigil aduola,
Avertens patria de tibi credita
Tum morbos animi, * quam requiescere
Quidquid non finit in colas.

Santo fit Triadi laus pia iugiter,
Cuius perpetuo lumine machina
Triplex haec regitur: * cuius in omnia
Regnat gloria secula. Amen.

V. In manibus portabunt te:

R. et de forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ps. 90.

Ad Magnif. ant. Videle, ne me trahis;
angelus enim meus vobiscum est: & ipse autem
exquiram animas vestras. Baruch. 6.

Oratio breu. Rom.

Deus, qui ineffabili providentia sanctos
Angelos tuos ad nostram custodiam mittere
dignaris: largire supplicibus tuis, et eorum
semper protectione defendi; et aeterna so-
cietate gaudere. Per Dominum.

Ad vigilias et nocturnas.

Inuit. In conspectu angelorum, & venite
adoremus Dominum. Ps. 134.

Hymnus Sant.

1. Regnator orbis, summus et arbiter,
Cui prona seruit curia caelorum: *
Quae voce sola tu creasti,
Perpetua regis ipse cura.
2. Vobis fideles providus angelos
et Nipos olympos suppeditas duces: *
Qui nos tot obsequos periculis
Involucres sine labe seruent.
3. et vos malignis fraudibus occupet,
Incauta fallat pectora subdolos,
Suasor malorum: & ne redemptam
Abripial, lanicque prodam.
4. Laus summa Patri, summaque Filio,
Tibi que compar gloria Spiritus: *
Cui per salutis tot ministros
Das patrias remeare sedes. amen.

Antiphona et nocturnorum ut supra in
Festo S. Michaelis, ubi et R. V.

Lectioes quatuor I. et nocturni cum suis
R. V. de Scriptura et die currente.

In II. et nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth. cap. 18.

317
114.

Antiquissimum vinculum mutui amoris Christi in populo, ad eos precipue, qui vere in Domino crediderunt. Pusillorum enim angeli quotidie Deum vident: quia Filius hominis venit salvare, quo perdita fuerat. Ergo et Filius hominis salvat, et Deum angeli vident, et angeli pusillorum sunt. Fidelium orationibus respice angelos absoluta auctoritas est. Saluatorum igitur per Christum orationes angelico quotidie offerunt. Ergo periculose ille conuenitur, cuius desideria ac postulationes ad eternum et invisibilem Deum ambizioso angelorum famulatu ac ministerio prove-
untur.

¶ Angelus stetit ante aetere habens thuribulum aureum, et d. Data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super aetere aureum. V. Dixit angelus Tobie: quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. ¶ Data. ps. 8. Job. 12.

Leitio VI.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

In G. qui habitabat. cap. 12.

Angelis suis mandavit de te. Mira dignatio, et vere magna dilectio charitatis! quis enim, quibus, de quo, quid mandavit? Audiose consideremus, fratres, diligenter commendemus memoris hoc tam grande mandatum. quis enim mandavit? cuius sunt angeli? cuius mandatis obtemperant? cuius obediunt voluntati? obtemperavit angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo Maestas mandavit angelis, et angelis suis mandavit; illis utique, tam

beatissimis, tam proximis, sibi coherentibus,
tam familiariter adherentibus, et vere
comestivis Dei. Mandavit autem de te.

R. Domine quid est homo, quod memora-
ris eius, aut filius hominis, quoniam
visitasti eum? & minuiisti eum paullo
minus ab angelis. V. Quid est homo, quia
magnificasti eum, aut quid apponis erga eum
cor tuum? & minuiisti. Ps. 8. Job. 4.

Lectio VII.

Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Quan-
tam tibi debet hoc verbum inferre reveren-
tiam, afferre devotionem, conferre fidu-
ciam! Reverentiam pro presentia, devotio-
nem pro benevolentia, fiduciam pro custo-
dia. Cautè ambula, ut videlicet cui adjuvat
Angeli in omnibus viis tuis. In quovis di-
versorio, in quovis angulo angelo tuo reve-
rentiam habe. Tunc audeas illo presente,
quod vidente me non auderis? an presen-
tem esse dubitas, quem non vides? adsumt
igitur, et adsumt tibi; non modo tecum,
sed etiam pro te. adsumt ut protegant,
adsumt ut proficiat.

R. Oravit Eliseus: Domine aperi oculos
huius ut videat. et aperuit Dominus oculos
puerit & ecce mons plenus equorum et
curruum igneorum in circuitu Elisei. V.
et non timere: plures enim nobiscum sunt,
quam cum illis. & ecce. 4. Reg. 6.

Lectio VIII.

In manibus portabunt te: In tuis quidem
viis custodiant te, et deducant parvulum, qua
potest parvulus ambulare. Ceterum non pa-
tientur tentari supra quam sustinere potes;
sed in manibus tollent, ut pertranscas offen-
diculum. quam facile transit, qui illis portatur.

in manibus! Quoties ergo gravissima cerni-
 tur urgere tentatio, et tribulatio vehemens
 imminere; invoca custodem tuum, ductorem
 tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus,
 in tribulatione. Inclama eum et dic: Domine
 salva nos, perimus, et non dormis neque dor-
 midas, et si ad tempus quandoque dispimulet:
 ne forte periculosius ab illius te manibus ipse
 precipites, si te eis ignoraveris sustentatum.
 In omni tribulatione eorum non est tri-
 bulatus, et angelus faciei eius salvavit eos:
 in dilectione sua et in indulgentia sua ipse
 eduxit eos et portavit eos. V. Immitte
 angelus Domini in circuitu timentium eum,
 et eripiet eos. x in. V. gloria. x in. Ps. 63. Cf. 33.

In III. et octavo.

In. Domine esto salus nostra in tempore
 tribulationis: x a voce angeli fugerunt po-
 puli, et ab exultatione tua dispersa sunt
 gentes. Ps. 33.

Antica ex Dominica de Phacterio.

Tiant tamquam pulvis ante faciem venti:
 Et angelus Domini coardans eos. Cf. 34.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

cap. i.

Christus sedet ad dexteram maiestatis in excel-
 sis, tanto melior angelis effectus, quanto et
 differenterius pro illis nomen hereditavit. Cui
 enim dixit aliquando angelorum: Filius
 meus es tu, ego hodie genui te? et tu sum:
 ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in
 filium? Et cum iterum introducit primo-
 genitum in orbem terrarum, dicit: et adorant
 eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem
 dicit: qui facit angelos suos spiritus, et
 ministros suos flammam ignis.

R. Dixit Dominus ad Moysen: vade et

Duo populum istum, quo locutus sum
tibi: * Angelus meus procedet te. V. vide
in terram quam iuravi Abraham, Isaac et
Jacob: et mittam procursores tui angelum.
* Angelus. Exod. 32. et 33.

Lectio X. cap. i. 2.

Ad quem autem angelorum dixit aliquando,
Sede a dextris meis, quoadusque ponam ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum?
Nonne omnes sunt administratorii spiritus,
in ministerium mihi propter eos, qui here-
ditatem capient salutis? Propterea abun-
dantius oportet observare nos ea, que audi-
vimus, ne forte per effluamus.

R. Afflixerunt nos Egyptii, et clamavimus
ad Dominum, et exaudivit nos, et misitque
angelum, qui eduxit nos de Egypto. V.
Manus Dei nostri fuit super nos, et liberauit
nos de manu inimici. * misitque. Num. 20.
i. 8.

Lectio XI.

Sic enim qui per angelos dictus est sermo, factus
est firmus, et omnis provaricatio et inobe-
dientia recipit iustam mercedis retributionem;
quomodo nos effugiemus, si tantam neglexe-
rimus salutem? quo cum iudicium accipere,
enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt,
in nos confirmata est, condescensante deo, dignis
et potentis et variis virtutibus, et spiritus
sancti distributionibus secundum suam vo-
luntatem. Non enim angelis subiecit Deus
orbem terre futurum, de quo loquimur.

R. Cui mihi erant a rege Sennacherib, Do-
mine, quia blasphemaverunt, exiit angelus:
* et percussit ex eis centum octoginta quinque
millia. V. Deiecit castra Assyriorum, et
conturbavit illos angelus Domini. et. i. Mach. 7.
Puli. 48.

Lectio XII.

Testatus est autem in quodam loco quis dicens:
quid est homo, quod memor es eius, aut filius

Prop. de laudis. 16.
C. A.

minis, quoniam visitas eum! Minuisti
eum paulo minus ab angelis, gloria et honore
coronasti eum, et constituisti eum super opera
manuum tuarum: omnia subiecisti sub
pedibus eius. In eo enim, quod omnia ei sub-
iacta, nihil dimisit non subiectum ei.

1. Deus meus misit angelum suum, et con-
tulit ora leonum, et non nocuerunt mihi:
ipse est Deus vivens et aeternus in secula.

2. Misit Dominus angelum suum, et eripuit
me. * ipse. Gl. Gloria. * ipse. Dan. 6. act. 12.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 18.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
Certe, ne contemnatis unum ex his pusillis;
dico enim vobis, quia angeli eorum in caelis
semper vident faciem Patris mei, qui in caelis
est. Venit enim filius hominis salvare,
quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint
aliam centum oves, et erraverit una ex eis,
nonne relinquit nonaginta novem in mon-
tibus, et vadit quorere eam, quae erravit? Et si
contigerit, ut inveniat eam, amen dico
vobis, quia gaudet super eam magis, quam supra
nonaginta novem, quae non erraverunt.
Sic non est voluntas Patris vestri, qui
in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

1. Omnes sunt administratorii Spiritus,
in ministerium missi propter eos, qui
hereditatem capient salutis. Hebr. 1.

2. Dominus Deus caeli, mittet angelum
suum tecum, et diriget viam tuam. Gen. 24.

3. Vivit Dominus, quoniam custodivit me an-
gelus eius: et ab omni pollutione peccati
custodivit me. Judith. 13.

4. Omnia vos in pace, dicit Dominus: & angelus enim meus vobiscum est. Baruch. 6.

5. in laudes. Benedictus Deus, qui misit angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. Isa. 37.

Lectio Isa. 62.

Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. qui reminiscimini Domini, ne taceatis, et ne detis silentium ei donec habilitat, et donec ponat Ierusalem laudem in terra.

Ps. 135. Benedicite Domino, & omnes angeli eius:

Ps. 135. Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Ps. 102.

Hymnus brevis. Rom.

1. Oherne rector siderum,
qui, quidquid est, potentia
magna creasti: & nec regis
et minore providentia.

2. Adesto supplicantium
tibi reorum coetui: &
Lucis que sub crepusculum
Lucem novam da mentibus.

3. Tuusque nobis angelus
electus ad custodiam
Hic adsit: & a contagio
ut criminum nos protegat.

4. Nobis draconis emuli
versutias exterminet: &
Ne rete fraudulentis
Incauta nectat pectora.

5. Motum repellat hostium
Vostros procul de finibus: &
Pacem procuret civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
 Cui, quos redemit Filius,
 Et sanctus unxit Spiritus, &
 Per angelos custodiat. amen.

V. Laudate Dominum in virtutibus eius:
 R. Laudate eum secundum multitudinem
 magnitudinis eius. Ps. 150.

Ad Vener. ant. Angelus Domini descendit cum
 Azaria et sociis eius in fornacem: et non
 reliquit eos omnino ignis, neque contempsit. &
 Tunc quasi ex uno ore laudabant, et bene-
 dicebant Deum. Dan. 3.

Ad Tertiam. Lectio Exod. 23.

Eccc ego mittam angelum meum, qui pre-
 cedat te, et custodiat in via, et introducat in
 locum, quem paravi.

V. Scapulis suis obumbrabit tibi:
 R. Et sub pennis eius sperabis. Ps. 90.

Ad Sextam. Lectio Exod. 23.

Refera (angelum meum) et audi vocem eius:
 nec contemnendum putes; quia non dimittet,
 um peccaveris: et est nomen meum in illo.

V. Scuto circumdabit te veritas eius:
 R. et non timebis a demonio meridiana. Ps. 90.

Ad Nonam. Lectio Exod. 23.

Quod si audieris vocem eius, et feceris omnia,
 que loquor, inimicus ero inimicis tuis, et
 affligam affligentes te: procedetque te an-
 gelus meus.

V. Non accedet ad te malum:
 R. Et flagellum non appropinquabit taber-
 naculo tuo. Ps. 90.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Isa. 63.

Dixit Dominus: populus meus est, filii non negantes; et factus est eis Salvator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, et angelus faciei eius salvavit eos: in dilectione sua et in indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos.

R. br. et Hymnus ex I. Vesperis.

V. Surge Domine, et dissipentur inimici tui:

R. Et fugiant, qui oderunt te, a facie tua. clum. 10.

ad Magnif. ant. Nunc Dominator caelorum,
mitte angelum tuum bonum ante nos in timore et tremore magnitudinis brachii tui: *
ut metuant, qui veniunt adversus populum tuum. 2. Matth. 10.

Et fit commemoratio sequentis.

Die III. Octobris.

S. Leodegarii Episcopi Martyris.

Duplex 5. lect.

Oratio Paris.

Omnipotens sempiternae Deus, qui beato Leodegario Pontifici et Martyri tuo usque ad mortem pro iustitia certare tribuisti: fac nos, eius meritis, vite fragilis amorem abjicere, et ad te, qui solus vera vita es, pervenire. Per Dominum.

LECTIO III.

Ex vita apud Mabilonium per monachum coevum scripta.

Leodegarius Bituricensis archidiaconus, ac deinceps monasterii Sancti Maxentii abbas, postremo Augustodunensium Episcopus creatus est, cui Lutetia decem annis profuit. Cum autem Childericum secundum, qui in regni administratione illius opera utebatur, argueret, quod antiquas regni leges rescidisset, fi-

namque avunculi duxisset uxorem, in luxu-
 rioso monasterio, quo relegatus iam antea
 fuerat Ebroinus Maior Palatii, amandatus est:
 regem tamen mortuo uterque in pristinum gra-
 dum est restitutus. Sed Ebroinus Leodegario
 auctore se in monasterium detrusum fuisse
 rudelissimis cum tormentis afflic-
 tus: post famem enim et carceris squalorem,
 lingua et labiorum excisionem, tandem in
 litva territorii abrebatenfis, eius postea nomine
 insignita, capite truncatus est, anno christi sex-
 centesimo septuagesimo octavo. Inter cetera
 salutaria monita, hoc quoque locutus est fra-
 tribus: ego, fratres, deaeui iam de hoc seculo
 nihil penitus cogitare, sed magis spiritalem
 nequidiam, quam terrenum hostem metuere.
 Terrenus homo, si talem a Deo accepit potesta-
 tem ut persequatur, comprehendat, perdat,
 incendat, interficiat: hoc nullatenus popu-
 lus declinantes effugere. Et si hic tradimur
 de rebus transitoriis ad disciplinam, non de-
 speremus; imo potius gaudeamus in futuro
 de venia.

Pro iniuria agonizare pro anima tua,
 usque ad mortem certa pro iniuria: et Deus
 expugnabit pro te inimicos tuos. V. Pro ani-
 ma tua ne confundaris dicere verum: nec
 accipias faciem adversus faciem tuam. et.
 V. gloria. et. Eul. 4.

Commemoratio octavo S. Angelorum ex Festo.
 in vespere commemoratio sequentis et octavo.

Die IV. Octobris.

S. Francisci Confessoris.

Duplex 15. lect.

De communi Confessorum.

Oratio Greg.

Deus, qui te parvulis et humilibus revelare

non dedignaris: tribue nobis, quosumus, imi-
tatione beati Francis, et stultam huius
mundi dediscere sapientiam; et solum edif-
cere Iesum Christum crucifixum. Qui tecum
vixit.

Lectio III.

Ex vita a S. Bonaventura scripta.

Franciscus apud in umbria natus, a prima
aetate, patris exemplum secutus, mercaturam
fecit. Cum vero in gravem morbum incidisset,
recepta sanitate, cepit ardentius colere
officia charitatis. qua in exercitatione tan-
tum profecit, ut evangelico perfectionis cupi-
dus, quidquid haberet, pauperibus erogaret.
Cum autem illud ex Evangelio audiret: nolite
possidere aurum, neque argentum, neque
duas tunicas, neque calceamenta; sibi eam
regulam servandam proponens, ordinem
Minorum instituit, conscripta regula, quam
Innocentius tertius approbavit. Frater suos
docebat honorare praecipua reverentia sacer-
dotes, et fidei, quam Romana praesul Galfridus,
firmiter adhaerere. Jubebat quoque mulie-
rum familiaritates, colloquia et aspectus
sollicitius evitari. Otium omnium cogita-
tionum malarum sentinam summo opere
fugiendum predicabat, dicebatque: volo
fratres meos laborare et exercitari, ne otio
dediti per illiada corde aut lingua vagentur.
Eodem duxit, postea ad sanctam Mariam ange-
lorum, unde in finitimis locis requiem dei an-
nuntiabat; dicere solitus, salutem animarum
nihil esse ante ponendum. Tomum ibidem
efflavit animam anno Christi millesimo du-
centesimo vigesimo sexto; quem miraculis
clarum Gregorius novus paulo post sanctis
adscripsit.

S. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini

rossi Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo: & ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. V. Christo confixus sum cruci: vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus. & ego. V. Gloria. & ego.

Gal. 6. et c.

Et fit commemoratio octavo.

Vespere de sequenti, commemoratio procedentis tantum.

Die V. Octobris.

S. Placidi et Sociorum Martyrem.

Festivitas II. clavis. 12. lect.

Omnia de communi, post sequentia.

Oratio Lun.

Deus, qui beatum Placidum in aquis pene demersum mirabiliter eripuisti, ut fidem inde, quam cum pluribus sociis coram persecutoribus confessus est, proprio sanguine confirmaret: ipsorum nobis intercessione concede, ut animas nostras propter te perdere non timentes, eas apud te feliciter invenire mereamur. Per Dominum.

Ad Vigiliis nocturnas.

Lectioes quatuor I. nocturni cum suis & c. de scriptura et die corrente.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex annalibus Bened. Mabillon.

Placidus puer a patre Terentio nobili Romano sub sancti Benedicti disciplina deo oblatas, tantum in monastica vite institutis profecit, ut inter precipuos illius discipulos numeretur. In solitudine sublacensi fontem divinitus impetranti adfuit. Adolescentulus ad hauriendam aquam egressus, et in lacum prolapsus, eiusdem

patris imperis per Maurum monachum super
 aquas sicco pede currentem salus mirabiliter
 extractus est. Antiqua ordinis traditione ha-
 betur. Placidum a sancto benedicto in Siciliam
 missum, haud longe ab urbe Messana mona-
 sterium construxisse, et ecclesiam sancto Joanni
 Baptista sacram: ibique martyrium subisse
 cum germanis eius Eulypio et Victorino et
 Flavia sorore virgine, et alijs Triginta mo-
 nachis.

De Sp. de communi. vel ex festo S. Felis et sequo. ij. Sept.

Lectio VI.

Sub finem seculi decimi sexto sacro Martyrum
 Reliquis invento sunt in praedicta sancti Joan-
 nis Baptista ecclesia, ac solempni pompa in de-
 centiorem locum translata. Cum enim terra
 in ea effoderetur, die quarta mensis augusti
 anno millesimo quingentesimo octogesimo octa-
 vo, sub maiori altari inventum est sepulcrum
 extrinsecus muro septum, intrinsecus vero mar-
 more variis coloris incrustatum. Quo aperto
 quatuor reperiuntur corpora. Et quia antiqua
 ferebat traditio, sanctum Placidum sociosque
 eius in illo templo, sed in certo loco, humatos
 esse; corpora haec eorum esse non dubitarunt
 Messanenenses.

Lectio VII.

Concurrit ad primum hoc spectaculum tota
 civitas, adfuitque archiepiscopus, cum senato-
 ribus, presbyteris atque religiosis viris, nec non
 abbatibus ad hoc opus deputatis quibus visum
 est, ut circa sepulcrum humus cavaretur si forte
 aliqua in scriptis, vel alia corpora illi repe-
 rirantur. quo diligentissime et studiosissime
 facto, inventa sunt triginta circiter corpora,
 cum vasculis sanguine plenis; abscessis alia
 capitibus supra pedibus positis, alia etque capitibus,

arte crematis vel in mare proiectis; alia
enique, quorum pectora ferro vel sagittis
confixa erant, aut semiustulata: quo sancti
Placidi Sociorumque corpora esse, omnibus
persuasum fuit: Sepulcrum vero ipsum eundem
Placidi, fratrumque ac sororis eius ossa continere.
In medio sanctorum illorum corporum fons pro-
minus scaturivit, et ex eo dulcis et copiosa ama-
avit aqua, quo multis egrotis salutem attu-
it.

LECTIO VIII.

Tum Sixto quinto summo pontifici ab archi-
episcopo civibusque Messanenibus supplica-
tum, ut recens invento sanctorum Martyrum
aliquis fidelibus publice colendis exponerentur.
Annuit pontifex diplomate eodem
anno dato: in quo ad eorumdem honorem,
et simulque ut excitentur fideles ad eorum vesti-
tia pro cuiusque capite prosequenda, et ad
vocandam opem illorum, quos et Ecclesia
martyrissimos, et propter religiosam vitam pro-
fessionem et observationem, castimoniam,
nitiditatem, et constantem Christiano fidei
confessionem martyrio consummatam Deo
acceptissimos esse intelligerent; diem festum
eorum ab universa Ecclesia deinceps celebrari
recepit.

In III. Octavo Lectiones quatuor de
communibus Martyrum.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
amen dico vobis, nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit, ipsum
milium manet. Si autem mortuum fuerit,
multum fructum afferet. Qui amat animam
suam, perdet eam; et qui odit animam suam

Prop. de Sanctis 19.
B. A.

129.

120.
in hoc mundo, in vitam eternam custodit
eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur.
Et ubi ego sum, illi et minister meus erit.
Siquis mihi ministraverit, honorificabit
eum Pater meus.

Ad Laudes matutinas, horas omnia de
communi. Oratio ex I. Vesperis.

In Vesperis fit commemoratio sequentis.

Die VI. Octobris.

S. Fidei Virginis et Martyris.

Duplex d. lect.

Oratio Brevis.

Omnipotens sempiternus Deus, cuius mu-
nere beata Fides virginitalis et martyrii
palmam adeptam est: da nobis eius precibus
ita corporis ac mentis servare puritatem;
ut nec blanditiis carnis, nec malorum acer-
bitate vincamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex actis martyrii apud Surium et Tullentum.

Fides Agenni aquitanie civitate nobilibus
parentibus orta, sed Christiana fide nobilior,
quam ab incunabulis edocta erat, firmamque
semper retinuit. Cum enim Dacianus Protes,
et Maximiano Eulesiam persequente, Agen-
nensium urbem ingrederetur, eam sibi
presentari iussit. a quo de fide sua interro-
gata, Christianam se libere professam est. Dumque
constanter negaret, se demoniis cultum Deo
vero debitum prestiduram, in candenti
craticula extendi iubetur. quo tamen
tormenta Fides tanta constantia pertulit,
ut plures ad fidem conversi et ad subeundum
martyrium animati sunt variis propterea
suppliciiis exercitati. Protes vero, ubi se
adversus eos nullatenus posse prevalere vidit,

151.

Ad ultimum data sententia omnes simul
cum beata virgine et gloriosa martyre Fide
capite plecti mandavit. Sancte virginis me-
moriam ob crebra miracula celeberrime semper in
his regionibus fuit.

R. Exaltatum est cornu meum in Deo meo,
Dilatatum est os meum super inimicos meos.
& quia letata sum in salubari tuo. V. Pro-
cinxisti me virtute ad bellum, et supplantasti
insurgentes in me subtus me. & quia. V. gloria.
& quia. j. Reg. 2. Ps. 17.

Est commemoratio octavo.

Vespero de sequenti, commemoratio proce-
dentis, octavo, et S. Marii bap. Conf.

Oratio Sac. Greg.

Exaudi, Domine, preces nostras: et interve-
niente beato Mario Confessore tuo atque boni-
fice; indulgentiam nobis tribue placatus
et pacem. Per Dominum.

Die VII. Octobris.

Commemoratio S. Marii virg. de Victoria
Seu festum Rosarii.

Duplex major. 12. lect.

Omnia de communi beato, proter sequentia.

In I. Vesperis.

V. Deus procinxit me virtute:

R. Et posuit immaculatam viam meam. Ps. 17.

W. Magnif. ant. Ego sum, quo Domino ca-
ram: nova bella elegit Dominus, et portas
ostium ipse subvertit: & cor meum diligit
vincipes Israel. Judic. 5.

Oratio brev. Rom.

Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem,
& resurrectionem suam nobis salutis eterne
viam comparavit: concede quodsumus; ut
se mysteria sanctissimo beato Mario virgi-
nis Rosario recolentes, et imitemur quod

continent; et quod promittunt assequamur.

Per eundem.

Lectioes quatuor I. Nocturni cum suis
R. R. De Scriptura et feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex bulla gregorii XIII. a. 1575. et brev. Rom.

Cum albigensium heresis per Tolosatum regionem impie prepararetur, sanctus Dominicus ordinis Predicatorum auctor ad eam convellendam cum suis totus incubuit. quem in finem auxilium beato Virginis, cuius dignitas illis erroribus impudentissime petebatur, enixis precibus imploravit, piique illum orandi modum instituit, qui Rosarium beato Virginis nuncupatur, a summis pontificibus approbatur, plurimisque spiritualibus gratiis cumulatus.

Lectio VI.

Innumerabiles porro fructus ex hac tam salubari institutione in Rempublicam Christianam dimanarunt: inter quos Victoria illa merito numeratur, quam foederati principes Christiani apud Echinadas insulas de Turcarum tyranno septima die Octobris, qua Rosarii devotes per unum versum orbem consueverunt supplicationes peragebant, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo reportata. Unde in perpetuum tanti beneficii monumentum, et ad debitas Deo, Matrique Virgini gratias referendas, solemnem eiusdem Rosarii atque victoriae commemorationem anno sequente Gregorius decimus tertius celebrandam instituit.

Lectio VII.

Sermo sancti Bernardi Abbatris.

Serm. de aquo ducto.

Propterea tanto tempore humano generi

lucida gratia defuerunt, quod nec dum inter-
~~cedit~~ cederet tam desiderabilis aquo ductus,
 beata scilicet virgo Maria. Sed quomodo posset
 in aquo ductus fontem illum attingit tam
 sublimem? quomodo putas, nisi vehementia
 desiderii, nisi fervore devotionis, nisi puritate
 rationis? sicut scriptum est: oratio iusti pene-
 rat celos. Et quis iustus, si non Maria iusta,
 de qua sol iustitie ortus est nobis? quomodo
 ergo illa inaccessam attingit maiestatem, nisi
 vulgando, petendo, querendo? Denique et quod
 querebat, invenit, cui dictum est: invenisti
 gratiam apud Deum. Digna propterea invenire
 quod querit, cui propria non sufficit plenitudo,
 nec suo potest esse contenta bono: sed petit su-
 pereffluentiam ad salutem universitatis.

LECTIO VIII.

Altius inveni mihi, quanto devotionis affectu
 et nobis eam voluerit honorari, qui totius
 boni plenitudinem posuit in Maria: ut pro-
 inde si quid spei in nobis est, si quid gratia,
 si quid salutis, ab ea noverimus redundare,
 ut ascendit deliciis affluens. Hortus plane
 deliciarum, quem non modo affla verit ve-
 niens, sed persflaverit super veniens auster ille
 vivinus, ut undique fluant et affluant oro-
 nata eius, charismata scilicet gratiarum.
 Totis ergo medullis cordium, totis precordio-
 rum affectibus, et vobis omnibus Mariam
 hanc veneremur; quia si est voluntas eius,
 qui totum nos habere voluit per Mariam:
 hoc inquam, voluntas eius est, sed pro nobis.
 In III. et octavo omnia de communi.

ad Laudes matutinas.

V. Proceperisti me Domine virtute ad bellum:
 Et supplantasti insurgentes in me subtus me. Ps. 124.
 V. Bened. ant. Laudate Dominum Deum nostrum,
 qui non deseruit sperantes in se: et interfecit in
 iram mea hostem populi sui. Judith. 13.

154.

Et fit commemoratio octavo, oct. S. Mari
Papa Conf.

ad II. Vesperas:

V. Benedicte tu in mulieribus:
R. Et benedictus fructus ventris tui. Luc. j.
ad Magnif. ant. Benedixit te Dominus in
virtute sua: & quia per te ad nihilum redegit
inimicos nostros. Judith. 15.

Et fit commemoratio octavo.

Die VIII. Octobris.

De Octava S. Angelorum Custodum.

Semiduplex s. lect.

Omnia, ut in festo, antiphona noctur-
norum de psalterio.

In I. nocturno.

V. In conspectu angelorum psallam tibi:
R. Adorabo ad templum sanctum tuum in
timore tuo. Ps. 154.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. de S. Mich.

Hic est funiculus triplex, quo de excelsis celo-
rum habitaculo ad consolandos, ad visitandos,
ad adiuvandos nos attrahitur supereminens
charitas angelorum, propter Deum, propter
nos, propter se ipsos. Propter Deum utique,
cuius tanta erga nos misericordie viscera ipsi quo-
que imitantur. Propter nos, in quibus pro-
priam similitudinem miserantur. Propter
se ipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis
toto desiderio prosolantur: tanto (enim) avidius
nos expectant, quanto consummationis eius
expectatione et expeditione sollicitantur. Quo-
cum ita sint, pensate etiam, quanta nobis
solicitudine opus est, ut dignos nos exhibeamus
eorum frequentia, et eo modo conversemur in

in aspectu angelorum, ne forte sanctos offenda-
 mus oblitus. Ut enim nobis! si quando provocati
 fueritis et negligentibus nostris, indignos nos in-
 iuauerint presentia et visitatione sua, ut iam
 recte habeamus et nos plangere et dicere cum
 propheta: amici mei et proximi mei aduersum
 me adpropinquauerunt et steterunt, et qui iurata
 ne erant, de longe steterunt, et vim faciebant,
 qui querebant animam meam: elongatis nimi-
 rum eis, quorum presentia protegere nos, et
 propulsare poterat inimicum. Quod: tam
 necessariam habemus familiaritatem dignatio-
 nis angelico, cavenda nobis est eorum offensa,
 et in his maxime exercendum, quibus eos no-
 rimus oblectari. Sunt enim plurima quae eis
 placeant, et quae in nobis invenire delectant, ut
 est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, cre-
 nis in caelum gemitus, et orationes cum largi-
 nis, et cordis intentione. Atamen super omnia
 haec unitatem et pacem a nobis exigunt Angeli
 eius. Contra vero nihil eque offendit, et ad
 indignationem provocat eos, quomodo dissensiones
 et scandala.

Et in omni tribulatione eorum ~~est~~ non est
 tribulatus, et angelus faciei eius salvavit eos, et
 in dilectione sua et indulgentia sua ipse rece-
 nit eos et portavit eos. V. Immitte angelus
Domini in circuitu timentium eum, et eripiet
eos. * in dilect. V. Gloria. * in dilect. ps. 62. vs. 33.
In II. ob Adriano Lectio et V. ex Lecta in festo.

De Vesperis duplex est I. Vesperis festi, commemo-
ratis S. Martyrum de communi.

Oratio brevis Rom.

Deus, qui hodierna die beatum Dionysium mar-
 tyrem tuum atque pontificem viri tute con-
 stantia in passione roborasti, quique illi ad
 predicandum gentibus gloriam tuam Rusticum

et Eleutherium sociare dignatus es: tribue
nobis, quosumus, ex eorum imitatione pro
amore tuo prospera mundi despicere; et multa
eius adversa formidare. Per Dominum.

Die IX. Octobris.

Octava S. Angelorum Custodum.

Duplex S. lect.

Omnia ut in festo, proter sequentia.

In I. octavo.

V. Benedicite Domino omnes virtutes eius:

R. Ministri eius, qui faciatis voluntatem eius. Ps. 102.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c.

Testatur apostolus: quoniam omnes admini-
stratorii sunt spiritus, missi in ministerium
propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.
et neque id cuiquam incredibile videatur, quan-
doquidem ipse quoque Creator et rex angelorum
venit non ministrari, sed ministrare, et ani-
mam suam dare pro multis. et ministrant
Angeli, sed de alieno, offerentes Deo bona opera
non sua, sed nostra, et nobis eius gratiam refe-
rentes. Unde et scriptura dicit: quoniam
ascendis fumus aromatum in conspectu Domini
de manu angelorum. Sollicite promissum, data ei
fuisse incensa multa; nostros enim sudores non
suos, nostras non suas lacrymas referunt Deo;
nobis quoque eius munera referunt, non sua.
et non sic et minister ille sublimior cunctis, sed humi-
lior universis; qui semetipsum obtulit sacrifi-
cium laudis, qui Patri offerens animam
suam, nobis ministrat usque hodie carnem suam.
Cuius itaque tanti ministri gratia, nihil mi-
rum, si dignanter nobis immo et libenter angeli
sancti ministrent: ipsi enim amant nos, quia
nos amavit Christus. Sic tunc certe vulgari pro-
verbio: qui me amat, amat et canem meum.

Pragn. de Sanctis. 18.

C. A.

Vos vero, o beati angeli! catelli sumus Domini
 illius, quem tanto affectu diligitis. Catelli,
 inquam, cupientes saturari de micis, quo cadunt
 de mensis dominorum nostrorum, qui ostis vos.
 Et hoc dixerim, fratres! ut ampliorem de
 cetero erga beatos angelos fiduciam habeatis,
 et proinde familiarius in omni necessitate
 vestra illorum inuocetis auxilia, sed et digne
 in eorum presentia conversari, et magis ac
 magis eorum vobis conciliare gratiam, carita-
 tem et benevolentiam, exorare clementiam studeatis.

¶ Angelus stetit ante aethare habens thuribu-
 lum aureum: et ¶ data sunt illi incensa
 multa, ut daret de orationibus sanctorum
 omnium super aethare aureum. ¶ Dixit
 angelus Tobie: quando orabas cum lacrymis,
 ego obtuli orationem tuam Domino. ¶ data.
 ¶ gloria. ¶ data. apoc. 8. Tob. 12.

In II. lectis et c. ex Sacra Festi. et
 et commemoratio de S. Martyribus, et in
 sequenti de sequenti.

Die X. Octobris.

S. Brunonis Monachi.

Duplex 3. lect.

Oratio brev. Rom.

Sancti Brunonis confessoris tui, quesumus
 Domine, intercessionibus adiuuemur: ut qui
 maiestatem tuam graviter delinquendo offendi-
 mus, eius meritis et precibus nostrorum
 delictorum veniam consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per varios apud Lusium scripta.

Bruno Colonia agrippino natus, postmodum
 Parisiis gramaticis, Philosophis et Theologia
 India, Remensis ecclesie canonicus, ibidemque

magnorum studiorum rector effectus est. Solitudinis amore flagrans cum sex aliis familiaribus mundo renuntiavit, ac sanctum Hugonem gratianopolitanum episcopum adiit: qui causa eorum adventus cognita, montes suo vicepsis asperrimos, qui Carthagini dicebantur, incolendos concepit. Illi edificato oratorio, ac cellulis separatim exstructis, bini in singulis habitantes, silentio, orationi et lectioni vacabant. Post sex annos in secessu exaltos, Drimo a Urbano secundo Romam auersit, postquam eum in synodis celebrandis, gerendis negotiis ecclesiasticis consilio suo per triennium adiuvisset, ab eo demum facultatem obtinuit dilectam sibi eremum repetendi. Iggitur secessit in solitudinem prope Scylacum in Calabria, ubi monasterium edificavit: in quo meritis ac virtutibus plenus in domino obiit anno salutis millesimo centesimo primo.

Ps. Sapientia direxit opera eorum in manibus prophete sancti: & iter fecerunt per desertum, que non habitabantur; et in locis desertis fixerunt casus. V. Circuierunt in pellicibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; in solitudinibus errantes, et in cavernis terre. * iter. V. Gloria. * iter. Sup. ii. Hebr. ii.

Die XIV. Octobris.

S. Calisti Pape Martyris.

Simplex S. lect.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos conficiis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura.
Per Dominum.

139.
Lectio III.

Ex Euseb. hist. l. 6. c. 23. aliisque
probatissimis monumentis.

Callistus sive Callixtus Zephyrino Papa in
Ecclesia Romana successit, quam annis fere quinque
emittit. Durante Eusebio pace sub Alexandro Im-
peratore Christianorum favore, Callistus in
via Appia omnium celeberrimum coeme-
terium pro sepulchro Martyrum vel extravit vel
implavit; quod deinceps ab eo Callisti est ap-
pellatum. Ipse demum in puteum precipita-
tus martyrium consummasse traditur; cuiusque
memoria in antiquissimis martyrologiis et
calendaris, nec non Sacramentario Gregoria-
no tamquam Martyris honoratur. Corpus eius
in Aurelia in coemeterio Calepodii sepultum
est, circa annum ducentessimum vigesimum
tertium. Huic successit sanctus Urbanus.

¶ Gaudeo in passionibus pro vobis pro corpore
eius, quod est ecclesia: & cuius factus sum ego
minister secundum dispensationem Dei, quod
valde est mihi in vos, ~~decessando~~ ut impleam
verbum Dei. V. nihil vereor, dummodo con-
summam cursum meum, et ministerium verbi.
eius. V. Gloria. & cuius: Colos. j. act. 20.
Vespere de sequente sine commemoratione.

Die XV. Octobris.

S. Theresia Virginis.

Duplex s. lect.

Oratio Paris.

Deus, qui beata virginis Theresia monitis
et exemplo servos tibi et ancillas suscitasti,
in quos de Spiritu tuo effunderes: da nobis,
eius imitatione ac precibus, et celestis vanti-
nae pabulo nutriris; et vero perfectionis de-
siderio accendi. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizat. Gregorii XV. a. 1621. 6.

Theresia Abulo in Hispania nata, ex parentibus in tenera aetate Martyrum actis magnum hausit pietatis sensum: qui postea tum equestrium tabellarum lectione, tum affinium consuetudine imminutus, ita monialium, quarum discipline commissa fuerat, institutione, et epistolarum beati Hieronymi lectione revixit, ut vigesimo secundo aetatis anno in abulensi Carmelitarum coenobio vitae religiosae votum emisit. Ibi humilitatis ac charitatis, maxime erga infirmas sorores, operibus, patientiaque singulari in variis tentationibus gravibusque morbis per annos fere viginti perseverans excelluit. Cum tamen aliquamdiu secularium familiaritate, orationis intermissione, et consensuum imperitia non nihil de fervore pietatis remississet, tandem ex lectione confessionum sancti Augustini ad Deum penitus reversa ingentes in virtute progressus fecit. Multis exinde illustrationibus a Deo donata est, quas tamen superiorum arbitrio subiciebat, dicere solita, se in revelationibus decipi posse, in obedientia non posse. Tanto patiendi tenebatur ardore, ut eos, a quibus loqueretur, maxime diligere, ac sepe exclamaret: Domine aut pati, aut mori. Ordinis Carmelitarum reformationem aggressa, multa virorum ac mulierum monasteria instituit, plurimas ob id contumelias ipsamque etiam carcerem passa. Ex maiori perfectionis desiderio votum emisit, efficiendi semper quidquid perfectius esse intelligeret. Libros scripsit caelestem sapientiam ac pietatem spirantes. Iunum albo decumbens, eulesis sacramentis munita, animam Deo reddidit annis salutis millesimo quingentesimo vigesimo secundo plurimis miraculis clara.

141.

¶ Juravi tibi, ait Dominus Deus, et recorda-
bor ego pacti mei tecum in diebus adolescentie
tuæ: et suscitabo tibi pactum sempiternum,
cum receperis sorores tuas, et dabo tibi eas tibi
in filias. V. Adducentur regi virgines post
eam; adducentur in templum regis. ¶ suscitabo.
Gloria. ¶ suscitabo. Psalm. 116. Ps. 44.
In processu commemoratio sequentis.

Die XVI. Octobris.

S. galli abbatis.

Duplex s. lect.

Oratio Brevi.

Familiam tuam, Deus, in tua misericordia
perantem celesti prolege benignus auxilio:
ut quo de beati galli abbatis virtutibus glo-
riatur; eius meritis et intercessione perpetua
pace et unitate letetur. Per Dominum.

Lectio II.

Ex vita per walafridum Strabum scripta.

Valus nobilibus apud Scotos parentibus
natus ab eisdem sancto Columbano in regula-
ris vite disciplinis erudiendus traditur. Magno
itaque virtutum crevit augmento, sacrarumque
scripturarum scientia brevi enituit: unde
iubente Columbano in vitas sacerdotio initia-
tus est. Cum eodem magistro suo, relicta pa-
tria, in gallias traiecit, ubi luxoriense mona-
sterium condiderunt. Inde a regina pulsi ad
lacum Turicinum et in Tucconiam perve-
nerunt. Ibi gallus zelo pietatis armatus
lana succendit, et impias victimas in lacum
demersit: quo facto paganorum in se odia con-
lavit, qui necem illi machinari operant. Inde
igitur digressi, ad arbonam et hinc Brigantium
revererunt. Hic reconciliato sancto aurelio
oratorio mansuetas fixerunt, et gallus,
ut pole lingue populi haud ignarus, cepit

incolis viam veritatis ostendere, atque ut a
vanis simulacris ad verum Deum converteren-
tur, admonere. Verum cum et huius simulacra
confringeret, irritati gentiles in sanctos furere
ceperunt.

R. Huius erat doctus viam Domini: * et fer-
vens spiritum loquebatur, et docebat diligenter
ea, quae sunt Jesu. *V.* Juxta manum Dei sui
bonam super se paravit cor suum, ut investi-
garet legem Domini, et faceret et doceret.
* et. ad. 18. j. Ep. 7.

Lectio III.

Itaque cedendum ratus Columbanus in Ita-
liam profectus, Gallus autem febribus delen-
tus ad Arbonam se contulit, ubi a Willimaro
presbytero cum omni charitate suscepius,
duobusque clericis suis, et postea Galli discipu-
lis Magnaldo et Theodoro commendatus brevi
convaleuit. Postea solitudinis amore incensus,
cum locum solitarium reperisset, illum tridua-
no ieiunio consecravit, atque ex eo ursum,
serpentes, ipsumque demonem profligavit.
Congregatis inde discipulis vitam eremum
in habitare cepit, et monastico congregationis,
postea sub eius nomine mirum in modum
aucto, fundamenta iecit. Ad Episcopatum sedem
Constantiensem evocatus, illam suscipere reu-
savit, sed Joannem diaconum discipulum suum
commendavit: in cuius promotione celebrem
sermonem habuit. Pari constantia abbatia
Luxoviensis regimen suscipere renuit, ne secu-
laribus negotiis implicaretur. Cum vero iam
Deus athletam suum de mundi agone subla-
tum promiorum coronis adornare vellet,
Gallus rogatus Willimari presbyteri e cella
sua Arbonam se contulit, ut viam veritatis
desiderantibus aperiret. ubi cum predicatio-
nis officio auditorum animos refecisset, tertio

ie febr̄i corruptus, die decima sexta octobris
animam meritis plenam exhalavit, et miraculis
in lignis in suo oratorio sepultus est, circa annum
secundum quatuordecimum sexagesimum.

¶ Sapientia iustum deduxit per vias rectas, et
stendit illi regnum Dei; * et ¶ dedit illi scientiam
sanctorum, honestavit illum in laboribus, et
implevit labores illius. V. Lex veritatis fuit
in ore eius: in pace et equitate ambulavit, et
multos averit ab iniquitate. * et dedit. V.
Horia. ¶ dedit. Sap. 10. Mat. 2.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XVII. Octobris.

S. Brunonis Episcopi Martyris.

Duplex 3. lect.

Oratio Brevis.

Deus, qui ad gentium illuminationem beatum
Brunonem Pontificem et Martyrem tuum
evangelicis gloria decorasti: presta,
ut quos per ipsius documenta fideles esse
conoscimus; meritorum imitatores esse concedas.
Per Dominum.

Lectio III.

Ex Vilmaro Episc. Merseburg. eius socio.

apud Mabill. lib. 6.

Inter egregios Martyres, quos inclito agmine
venerabilis familia Christo purpuratos obtulit,
non infimum locum obtinet Bruno, Episcopus
in Ruthenorum Lithuanis atque Crispis vi-
vorum apostolus. Is nobili apud Saxones ge-
nere ortus, et ab optimis parentibus Magdebur-
genfi schola traditus, eum brevi in litteris ac pie-
tate profectum fecit sub Givone magistro,
ualem decebat adalberti Bragensis Episcopi et
Martyris in studiis suosporem, et monastica
vite martyriique candidatum. Inde ab Ottone
secundo Imperatore eductus, palatinis aliquandiu

vacavit officiis; quibus mox sanctioris vite studio valedixit. Magdeburgum ergo rediens, monastico religioni nomen dedit. Inde Bruno ad gentium conversionem Merseburgi sacra hujus episcopus, laboris ac vie socios decem sibi et octo monachos adiunxit; quibus cum ad Rupos profectus, nullum fecit disseminandi verbi Dei finem, donec a paganis acerbissima morte cum suis plecheretur decimo sexto Kalendas Martii, anno circiter millesimo nono. quorum corpora Boleslaus Polonus Dux magno pretio redemit, et honorifice sepelienda curavit.

R. In gentes ego mitto te, aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, et de potestate satanae ad Deum: & ut accipiant remissionem peccatorum, et sortem inter sanctos, per fidem, quae est in me. *V.* Tu ergo accinge lumbos tuos, et surge: et loquere ad eos omnia, quae ego praecipio tibi. *ut. V. gloria. ut. act. 26. Jer. 1.*

Vespero de sequenti, commemoratio praecedentis.

Die XVIII. Octobris.

S. Lucis Evangelistae.

Festivitas II. clavis. jr. lect.

ad I. Vesperas.

Antiphona ex matutinis.

Lectio Ephes. 4.

Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi.

*G. G. Dominus dedit verbum evangelizantibus
V. Virtute multa. G. G.*

Hymnus Lun. Sancti.

*i. Christi perennes nuntii! &
Relecta qui celestibus*

Scriptis Dei mysteria
Totum per orbem spargitis.

2. Olim sub umbris condita
Vales sacri quo viderant, &
Umbrae procul cedentibus
Gleno videtis lumine.

Humana quo tulit Deus,
Divina quo gessit homo: &
Seris legenda posteris
Dulante suspensio Deo.

3. Vos ut doceret, inquit
Vocis sonos Verbum Patris: &
Vestris adhuc in paginis
Vobis loqui non desinit.

4. Aeternae tu Verbi Patris,
Aeternae Fili, par Patri: &
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

5. Deus docuisti me:

6. Et usque nunc pronuntiatis mirabilia tua. Ps. 70.

De Magnif. ant. Visum est mihi speculo omnia
a principio diligenter, ex ordine scribere: & sic
redderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt,
et ministri fuerunt sermonis. Luc. 1.

Oratio An.

Deus, qui beato Luce medico corporum Euan-
gelium Filii tui nobis tradendum credens, etiam
medicum animarum effecisti; sic nos caelesti
verbi tui medicina semper intentos, quo noxia
spe demonstrat, fugere; et quo utilia saluti,
fideliter apprehendere. Per eundem Dominum.

Ad Vigiliis nocturnas.

Inquit. Deum, qui vocavit nos in fide verita-
tis per Evangelium, & venite adoramus. 2. Thes. 2.

Hymnus ex Vesperis.

In I. nocturno antiphona.

1. Audi, et ecce similitudo quatuor anima-
rum: * pedes eorum pedes recti, et

- Scintille quasi aspectus eris candentis. Edah. i.
 2. Similitudo vultus eorum, facies hominis et
 facies leonis a dextris ipsorum, quatuor: *
 facies bovis a sinistris, et facies aquile
 desuper. ibid.
 3. Unumquodque animal coram facie sua am-
 bulabat; * ubi erat impetus spiritus, illuc
 gradiebantur. ibid.
 4. Aspectus eorum quasi carbonum ignis
 ardentium: * et quasi aspectus lampa-
 darum. ibid.
 5. Sub firmamento pennae eorum recte *
 ac terius ad alterum. ibid.
 6. Audiebam sonum alarum quasi sonum
 aquarum multarum, * quasi sonum
 sublimem Dei. ibid.
 V. Vox Domini in virtute:
 R. Vox Domini in magnificentia. Ps. 28.

Lectiones quatuor cum suis R. P. de
die corrente.

In II. et octavo antiphona.

1. Ecce sedes posita erat in caelo: * et in circuitu sedis
 quatuor animalia, plena oculis. apoc. 4.
 2. Animal primum simile erat leoni: * et
 secundum animal vitulo. ibid.
 3. Tertium animal habens faciem quasi hominis: *
 et quartum animal simile aquilo volanti. ibid.
 4. Quatuor animalia singula eorum habebant
 alas senas: * et in circuitu et intus plena
 sunt oculis. ibid.
 5. Requiem non habebant die ac nocte: * cum
 varent illa animalia gloriam et honorem
 sedenti super thronum. ibid.
 6. Vox speculatorum, levaverunt vocem, *
 simul laudabant. ps. 52.
 V. Cantate ei, et psallite ei:
 R. Annuntiate omnia mirabilia eius. ps. 104.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri

De scriptoribus ecclesiasticis. cap. 7.

Lucas medicus antiochenus, ut eius scripta in-
dicant, greci sermonis non ignarus, fuit secta-
tor apostoli Pauli, et omnis peregrinationis
eius comes, scripsit euangelium, de quo idem
Paulus: misimus, inquit, cum ideo fratrem,
cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias.
Et ad Colossenses: salutat vos Lucas medicus
charissimus. Et ad Timotheum: Lucas est
mecum solus. Aliud quoque edidit volumen
egregium, quod titulo acta apostolorum
prenotatur: cuius historia usque ad bien-
nium Romae commorantis Pauli pervenit,
id est, usque ad quartum clementis annum.
Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum
esse compositum.

¶ Multi conati sunt ordinare narrationem,
quo in nobis completo sunt rerum, sicut
tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt.

¶ Primum sermonem feci de omnibus,
quo cepit Jesus facere et docere. * sicut. Luc. j.
act. j.

Lectio VI.

Quidam suspicantur, quod nesciamus in episto-
lis suis Paulus dicit: iuxta euangelium me-
um; de Lucis significare volumine, et Lucam
non solum ab apostolo Paulo didicisse euange-
lium, qui cum Domino in carne non fuerat,
sed et a ceteris apostolis. Quod ipse quoque in
principio sui voluminis declarat, dicens: sicut
tradiderunt nobis, qui a principio ipsi viderunt,
et ministri fuerunt sermonis. Ergitur
euangelium sicut audierat scripsit: acta vero
apostolorum, sicut viderat, composuit. Sepul-
tus est Constantino poli, ad quam urbem vice-
limo Constantii anno, opa eius cum reliquiis
Andree apostoli translata sunt.

¶ Omnia vobis nota faciet charissimus frater,

et fidelis minister, et conservus in Domino: *
 semper sollicitus, ut fletis perfecti et pleni in
 omni voluntate Dei. V. Ipse scriba velox in
 lege paravit cor suum, ut investigaret legem
 Domini, et faceret et doceret preceptum et
 iudicium. * semper. Colos. 4. 1. Eph. 7.

Lectio VII.

Sermo sancti Petri Damiani Episcopi.

Serm. 53.

Scriptis beatus Lucas apostolorum labores,
 et actus, quibus et ipse collaborator interfuit.
 Scripsit et Evangelium, quod quasi signatum
 magni thesauri pondus de caelo percipit. Pof.
 Diligenter attendimus, quia medicus est ille,
 qui scribit, nil aliud in illa reperimus historia,
 nisi dumtaxat animarum languentium
 medicinam. Humano quippe conversationi
 quasi quamdam rectitudinis lineam tendit,
 et per eam non velut per semitam dirigit: ut
 sicut primitivam ecclesiam vixisse perpen-
 dimus, in quantum facultas suppetit, et
 ipsi vivere studeamus: quatenus eadem pari-
 tas, quo de origine fontis emanat, etiam
 per declivia nihilominus postrema decurat,
 et qualis oriendo progreditur, talis in fine
 seruetur.

R. Ego quasi trames aquo immenso deflu-
 vio: * quoniam doctrinam enarrabo usque
 ad longinquum, et illuminabo omnes spe-
 rantes in Domino. V. Visum est mihi scri-
 bere, ut cognoscas eorum verborum, de
 quibus eruditus es veritatem. * quoniam.
Eubr. 24. Luc. 1.

Lectio VIII.

Recurramus itaque dilectissimi ad innocen-
 tiam primitivae ecclesiae, ut discamus et
 possepa relinquere, et in regio paupertatis
 simplicitate gaudere. Non in ima nos

erroneo substantia pondus deprimat, quos ad
supremo Jerusalem gloriam rex celestis invitat.
Nos non ab hoc tramite carnalis illecebre retra-
het consocium, quibus utique per precedentis
nostri Reverentioris introitum patet aula celo-
rum. Nam dum generationis eius ordo ab hu-
manitate baptis matris ad Patrem usque produ-
citur, liquet procul dubio, quia patris ce-
lestis ingressum se sequentibus pollicetur,
et quo prior introivit, filii ministrantibus viam
prævit.

R. Fili mi, ad eloquia mea inclina aurem
tuam: & custodi ea in medio cordis tui; vita
enim sunt invenientibus ea. V. Intellige quo-
modo; dabit tibi Dominus in omnibus intel-
lectum, secundum Evangelium meum. & custodi.
V. gloria. & custodi. Prov. 4. 2. Tim. 2.

In III. et Octavo.

Ant. Quam preciosi pedes evangelii & antium
pacem: & evangelii & antium bona. Rom. 10.

Cantica de communi apostolorum.

V. Annuntiaverunt caeli iustitiam Domini:
R. In omnibus populis gloriam eius. Ps. 96.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. i.

Gloria nostra hoc est testimonium conscientie
nostre, quod in simplicitate cordis et sinceritate
Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia
Dei conversati sumus in hoc mundo. et non
alia scribimus vobis, quam que legistis et cog-
novistis. Spero autem, quod usque in finem
cognoscetis: sicut et cognovistis nos ex parte,
quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra
in die Domini nostri Jesu Christi;

R. Illuminatis omnes sperantes in Domino, &
doctrinam quasi prophetiam effundam que-

rentibus sapientiam, et non desinam in pro-
genies illorum usque in eternum seculum. Matth. 13.
Aperiam in parabolis os meum, et eructabo
abscondita a constitutione mundi. Doctrinam.
Ezai. 24. et Matth. 13.

Lectio X. cap. 21.

Deo habentes administrationem, iuxta
quod misericordiam consecuti sumus, non
deficiamus: sed abdicamus occulta de decore,
non ambulantes in astutia, neque adulteran-
tes verbum Dei, sed in manifestatione veri-
tatis commendantes nos met ipsos ad omnem
conscientiam hominum coram Deo. quod si etiam
operatum est evangelium nostrum, in iis, qui
percuti, est operatum: in quibus deus huius
seculi excocavit mentes infidelium, ut non
fulgeat illis illuminatio evangelii glorie
Christi, qui est imago Dei.

II. Non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed
ab initio natiuitatis inuestigabo, et ponam
in lucem scientiam illius: et ergo accipite dis-
ciplinam per sermones meos, et proderit vobis.
III. Loquimur Dei sapientiam in mysterio,
quam nemo principum huius seculi cognovit:
nobis autem revelavit Deus per Spiritum
suum. et ergo. Sap. 6. 1. Cor. 2.

Lectio XI.

Non enim nos met ipsos predicamus, sed Jesum
Christum Dominum nostrum, nos autem seruos
vestros per Jesum: quoniam deus, qui dixit
de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in
cordibus nostris, ad illuminationem scientie
claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus
autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut
sublimetur sit virtutis Dei, et non ex nobis. In
omnibus tribulationem patimur, sed non an-
gustiamur: aperiimur, sed non desistimus:

persecutionem patimur, sed non derelinquimus:
vincimur, sed non perimus: semper mortifica-
tionem Jesu in corpore nostro circumferentes,
et de vita Jesu manifestetur in corporibus
vostis.

Abiicientes omnem immunditiam et a-
bundantiam malitiae, in mansuetudine suscipite
insitum verbum: * quod potest salvare animas
vestras. V. Digne Evangelio conversamini, ut
sitis sine querela et simplices filii Dei, verbum
de continentis. * quod. Jac. 1. Philip. 1.2.

Leitio XII. cap. 8.

Gratias Deo, qui dedit eandem sollicitudinem
pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem
eandem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua
voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam
cum illo fratrem, cuius laus est in Evangelio
per omnes caelestias: non solum autem, sed et
ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis
vostre, in hanc gratiam, qua ministratur a
vobis, ad Domini gloriam et destinatam vo-
luntatem nostram: deridantes hoc, ne quis nos
contempserit in hac plenitudine, qua ministratur
a vobis. Providemus enim bona non solum co-
ram Deo, sed etiam coram hominibus.

Et nunc revelatum est sanctis apostolis et
prophetis in spiritu, gentes esse coheredes et
comparticipes promissionis in Christo Jesu
per Evangelium, cuius factus sum minister,
secundum donum gratiae Dei. V. Hic liber
mandatorum Dei, et lex quae est in aeternum: om-
nes qui tenent eam, pervenient ad vitam. * per.
Gloria. * per. Ephes. 3. Baruch 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum

Lucam. cap. 10.

In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem

Inquam in omnem civitatem et locum, quo
 erat ipse venturus. Et dicebat illis: mesis
 quidem multa, operarii autem pauci. Ro-
 gate ergo dominum mesis, ut mittat
 operarios in messem suam. Et ecce ego
 mitto vos sicut agnos inter lupos. et dicit
 portare sacculum neque peram, neque cal-
 ceamenta, et neminem per viam saluta-
 veritis. In quamcumque domum intrave-
 ritis, primum dicite: pax huic domui; et si
 tibi fuerit filius pacis, requiescat super
 illum pax vestra; sin autem, ad vos revo-
 letur. In eadem autem domo manete,
 edentes et bibentes, quo apud illos sunt: dig-
 nus est enim operarius mercede sua. et dicit
 transire de domo in domum. Et in quam-
 cumque civitatem intraveritis, et susce-
 perint vos, manducate, quo apponuntur
 vobis, et curate infirmos qui in illa sunt,
 et dicite: appropinquet in vos regnum
 Dei.

Ad laudes matutinas et horas.

antiphona.

1. Factus sum Evangelii minister secun-
 dum donum gratie Dei: * quo data est
 michi. Eph. 3.

2. Deo servio in Evangelio Filii eius * quod
 promiserat per prophetas suos. Rom. 1.

3. Non spiritum huius mundi accipimus,
 sed spiritum qui ex Deo est: * et loquimur
 in doctrina spiritus. 1. Cor. 2.

4. ad cant. Appropinquet regnum Dei: *
 penitentini, et credite Evangelio. Mat. 1.

5. Deo gratias, * qui odorem nobilitatis sue
 manifestat per nos in omni loco. 2. Cor. 2.

Lectio Jos. 1.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo:
 sed meditaberis in eo diebus ac noctibus,

Ad custodias et facias omnia, quo scripta
sunt in eo: tunc diriges viam tuam, et in-
telliges eam.

Ps. lx. Lex Domini immaculata, & conuer-
tens animas:

Ps. Proceptum Domini lucidum illumi-
nans oculos. Ps. 18.

Hymnus Cun. Saab.

1. Sino sub aethere vertice,
Caelo tonante lex data: &
Inter tubas et fulgura
Praesens Deus minatus est.

2. Nunc temperato numine
Per vela carnis blandius
Amat videri: & languidis
Se lumen aptans sensibus.

3. In sculpta saxo lex vetus
Praecepta, non vires dabat: &
In scripta cordi lex nova
Quidquid iubet, dat aequi.

4. Scripsistis hanc fide manu,
Hanc voce, voci consonis
Hanc praedicastis moribus: &
Signastis hanc et sanguine.

5. Afflante diuo Spiritu
quo verba vite traditis: &
Haec ille nostris imprimat
et nunquam delenda cordibus

6. Unifili et trino Deo
Suprema laus, summum decus: &
De nocte qui nos ad sidus
Vocavit lumen gloriae. amen.

7. Declaratio sermonum duorum illuminat:

8. Et intellectum dat parvulis. Ps. 118.

Ad Bened. ant. Lucas est mecum solus; om-
nes me dereliquerunt: & Dominus autem
mihi affuit et confortavit me, ut per me pro-
phetia impleatur, et laudiant omnes gentes. 2. Tim. 4.

Ad Tertiam. Lectio Eph. 3.

Mihi data est gratia hec, in gentibus euange-
lizare investigabiles divitias christi, et
illuminare omnes, quo fit dispensatio sacra-
menti absconditi a seculis in Deo, qui om-
nia creavit.

V. Iustitiam tuam Domine non abscondi
in corde meo.

R. Veritatem tuam et salutare tuum dixi. Ps. 39.

Ad Sextam. Lectio 1. Thes. 2.

Sicut probati sumus a Deo, ut crederetur no-
bis Evangelium, ita loquimur: non quasi homi-
nibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

V. Eloquia Domini eloquia casta.

R. Argentum igne examinatum. Ps. 11.

Ad Nonam. Lectio Colos. 1.

Spes reposita est vobis in caelis, quam audistis
in verbo veritatis Evangelii, quod pervenit
ad vos, sicut et in universo mundo est, et fruc-
tificat et crescit sicut in vobis, ex eadem die, qua
audistis et cognovistis gratiam Dei in veritate.

V. Quanta audivimus, et cognovimus ea!

R. Et patres nostri narraverunt nobis. Ps. 77.

Ad II. Vesperas.Antiphona ex Matutinis.Lectio Hebr. 2.

Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexe-
rimus salutem? quae cum initium accepisset
enarrari per Dominum, ab eis qui audierant,
in nos confirmata est, contestante Deo signis
et portentis et variis virtutibus, et Spiritus
sancti distributionibus.

R. In omnem terram & civitatum eorum.

V. Et in fines orbis terrae verba eorum. Ps. 18.

Hymnus: Christi perennes. ex I. Vesp.

V. Patres nostri annuntiaverunt nobis:

R. Opus, quod operatus es in diebus eorum.

Ps. 113.

De Magnif. ant. Notum mihi factum est
sacramentum, sicut scripsi: & prout potestis
legentes intelligere prudentiam meam
in mysterio Christi. 1. Cor. 2.

Die XXI. Octobris.

S. Ursulae et Sociarum eius
Virginum Martyrum.
Duplex S. Leod.

Officium de communi unius Virginis
Mart. preter sequentia.

In 1. Vesp. v. Hereditas immaculatarum
in eternum erit.

Et non confundentur in tempore malo. Ps. 96.

De Magnif. ant. Infirma mundi elegit
eius, ut confundat fortia: & ut non glorietur
invis caro in conspectu eius. 1. Cor. 1.

Oratio Paris.

Deus, qui singulari providentia beatam
Ursulam et socias eius ad virginitalis et mar-
tyrii palmam provocasti: da nobis eorum
interceptione ita varios seculi ostus per-
transire; ut ad eterno salutis portum feli-
citer pervenire mereamur. Per Dominum.

Leodis III.

Ex brev. Paris.

Ursulae alioque virgines in excidio Britan-
nie, de quo Gildas sapiens scripsit, cum pluri-
mi, eodem teste, trans marinas terras pele-
rent, in adversum Germanie litus delatae
referuntur, et a barbaris, qui regionem tunc
vastabant, hostiliter abductae, prope colo-
niam agrippinam ad ripam Rheini pro-
Christi nomine occise sunt seculo quinto.
Earum corpora sepulta sunt colonia, ubi
plurimis nobilitata miraculis, magna
fidelium veneratione multis abhinc seculis
coluntur. Auxilii et celebritatem loci sanctus

Anno eiusdem ecclesie Episcopus, qui singulari
erga beatos Martyres pietate affectus, ad sacros
illarum cineres sepius pernoctabat. Sed sacris
huius basilice tumulis plures reliquie in va-
rias Germanie aliasque ecclesias illato, harum
Martyrum cultum plurimum propagarunt.

R. Vicerunt propter sanguinem agni, et
propter verbum testimonii sui, et non dilexe-
runt animas suas usque ad mortem: * propte-
rea letamini caeli, et qui habitatis in eis.

V. Elegerunt magis mori quam coinquinari,
et noluerunt infringere legem Dei sanctam.
* propterea. *V.* gloria. * propterea. *apoc. 12.*
i. et Matth. 1.

Ad Laudes Matutinas.

V. Exultaverunt filie Iude:

R. Propter iudicia tua Domine. *Ps. 96.*

Ad Bened. ant. Venerunt de tribulatione
magna, * et laverunt stolas suas, et dealba-
verunt eas in sanguine agni. *apoc. 7.*

Ad II. Vesperas.

V. Adducentur regi virgines post eam.

R. Adducentur in templum Regis. *Ps. 44.*

Ad Magnif. ant. Dabo eis in domo mea et
in muris meis locum: * et nomen melius
a filiis et filiabus. *Isa. 56.*

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXII. Octobris.

S. Hilarionis abbatis.

Duplex 3. lect.

De communi abbatum.

Oratio Paris.

Da nobis, quesumus, Deus noster, beati
Hilarionis abbatis intercessionibus sub-
levari: ut per quem servis tuis perfectionis
evangelice documenta donasti; per eum

157.
vobis subsidia perpetuo salutis impendas.
Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per S. Hieronymum scripta.

Hilarion Tabatha in Palestina ortus ex pa-
entibus infidelibus, alexandriam missus
Iudiorum causa, ibi christianam suscepit
religionem. Cum autem Antonii nomen
in aegypto celeberrimum esset, eius videndi
Iudicio in solitudinem contendit: apud
quem duorum mensium spatium commo-
ratus omnem eius vivendi vidit ratio-
nem. Nec dum quintum decimum annum
egressus rediit in solitudinem: ubi con-
struxit casa, quo vix ipsum caperet, humi
super strato iuncio cubabat. Scripturas
saras, quas tenebat memoriter, post ora-
tiones et psalmos quasi Deo profecte reci-
tabat. Panis ficus et succum herbarum
ad victum adhibebat: neque ante solis occi-
sum etiam diebus festis, aut in gravissi-
ma valetudine ieiunium solvebat.
labore manuum aegyptiorum monacho-
rum disciplinam emulabatur. varie
et demonibus vexatus, eos signo crucis, et
nominis Iesu invocatione superavit. Tan-
tem octogesimum annum agens, mul-
tis edificatis monasteriis edictisque mi-
raculis, in morbum incidit; et morte
imminente se sic trepidantem animam
compellabat: egredere anima mea,
quid dubitas? septuaginta prope annis
servisti Christo, et mortem times? qui-
bus in verbis spiritum exhalavit.

R. Euge serue bone A fidelis, supra mul-
ta te constituam: & intra in gaudium
Domini tui. V. Convertere anima in

requiem tuam: quia Dominus benefecit
tibi. * intra. V. gloria. * intra. Matth. 23.
Ps. 114.

Die XXIV. Octobris.

S. Raphaelis archangeli.

Duplex maior 12. Oct.

Ad Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Eul. 4.

Datum brachiorum tuorum, et sacrifici-
cium sanctificationis offeres Domino,
et initia sanctorum: et pauperi porrige
manum tuam, ut perficiatur propitia-
tio et benedictio tua.

R. br. gaudens homo, * qui miseretur
et commodat:

V. quia in eternum non commovebitur.
Ps. 113.

Hymnus Sant. R.

vel ex Rom.

1. Christe Rector alme caeli,
Bar Baronti Filius: *
Eum tremescunt intucendo
Curiores Spiritus: *
Ore puro te canamus
atque laetis canticis.
2. Predicamus inter omnes
quos creasti Spiritus: *
Raphaelem, qui Tobie
Probruit se comitem, *
Et parentem coactate
Liberavit protinus.
3. Hoc precante nos ducere,
Christe Rex pūissime! *
Rade coelis, quod rogamus,
Lumen almae gratiae, *
Et benignus ad supernam
Nos reducas patriam.

Sed Suprema laus Parenti,
 Qui creavit omnia, &
 Filioque qui redemit
 morte nos volens sua: &
 Par sit illi, cuius almo
 Conforemur Spiritu. amen.

1. Justus tota die miseretur et commodat:
 2. Et semen illius in benedictione erit. Ps. 36.
 De Magnif. ant. Dona est oratio cum ieiunio
 et elemosyna, & magis quam thesauros
 auri recondere. Job. 12.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui beatum Raphaelem archange-
 lum Tobis famulo tuo comitem dedisti
 in via: concede nobis famulistuis; ut
 eiusdem semper protegamur custodia, et
 muniamur auxilio. Per Dominum.

Ad vigiliis nocturnas.

Invit. In conspectu angelorum & venite
 adoremus Dominum. Ps. 134.

Hymnus Sanctoli.

- 1. Regnator orbis, summus et ardens,
 Cui prona servit curia caelorum, &
 Verbo creasti quo magistro
 Perpetua regis ipse cura.
- 2. Nobis fideles providus angelos
 et ipsos olympo suppeditas duces: &
 Ut nos tot obsequos periculis
 Incolumes sine labe servent.
- 3. Ne nos malignis fraudibus occupans
 Incanda fallat pectora subdolos
 Suasor malorum, & neve caplet
 Illecebra male blandienti.
- 4. Laus summa Patri, summaque Filio,
 Tibique compar gloria Spiritus, &
 Qui per salutis tot ministros
 Das patrias remeare sedes. amen.

In I. et nocturno antiphona.

1. Tobias in captivitate positus & viam veritatis non deseruit. Job. 1.
2. Pergebat ad omnes, qui erant in captivitate, & et monita salutis dabat eis. ibid.
3. Quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & et consolabatur eos. ibid.
4. Viudebat unicuique, prout poterat, & de facultatibus suis. ibid.
5. Esurientes aliebat, nudisque vestimenta probebat: & et mortuis atque cuius sepulchram sollicitus exhibebat. ibid.
6. Plus timens Deum quam regem, rapiebat corpora cuius, et occubabat in domo sua: & et mediis noctibus sepeliebat ea. Job. 2.
7. Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem.
8. In die mala liberabit eum Dominus. Ps. 110.

Lectio I.

De libro Tobie. cap. 5.

Vocavit Tobias ad se filium suum, et dixit: perge nunc, et inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, salva mercede sua. Tunc egressus Tobias invenit iuvenem splendendum, stantem praecinctum, et quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum et dixit: unde te habemus bone invenis? At ille respondit: ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: nosti viam, quae ducit in regionem Medorum? Cui respondit: novi, et omnia itinera eius frequenter ambulavi, et mansi apud Gabellum fratrem nostrum, qui moratur in Reges civitate Medorum, quae posita est in monte Ecclatanis.

R. Dominus custodiet rectorum salutem,
et proteget gradientes simpliciter: & ser-
uans semitas iustitiae, et vias sanctorum
custodiens. V. Dominus non derelinquet
sanctos suos, in aeternum conservabuntur.
& seruans. Prov. 2. Ps. 36.

LECTIO II.

Cui Tobias ait: sustine me obsecro, donec
hoc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingres-
sus Tobias indicavit universa haec patri
suo. Super quo admiratus pater, rogavit
et introiit ad eum. Ingressus itaque salu-
tavit eum, et dixit: gaudium tibi sit semper.
Et ait Tobias: quale gaudium mihi erit,
qui in tenebris sedeo, et lumen caeli non
ideo? Cui ait iuuenis: forti animo esto,
in proximo est, ubi a Deo cureris.

R. Quata est Dominus iis, qui tribulato
sunt corde, & et humiles spiritu salvabit.
V. Beatus homo, qui corripitur a Deo:
quia ipse vulnerat et medetur. & et. Ps. 33.
Job. 5.

LECTIO III.

Dixit itaque illi Tobias: numquid poteris
reducere filium meum ad Gabelon in
hages civitatem Medorum? Et cum redie-
ris, restituum tibi mercedem tuam. Et
dixit ei angelus: ego ducam et reducam
eum ad te. Cui Tobias respondit: rogate,
indica mihi, de qua domo aut de qua tribu
est tu. Cui Raphael angelus dixit: genus
tuoris mercenarii, an ipsum mercenarium,
qui cum filio tuo est? Sed ne forte solli-
citem te reddam, ego sum azarias ana-
niae magni filius.

R. Eue ego mittam angelum meum, &
qui procedat te et custodiat in via. V.

Dominus Deus caeli mittet angelum suum
tecum, et diriget viam tuam. * qui. Exod. 23.

Gen. 24.

Lectio IV.

Et Tobias respondit: ex magno genere es tu.
Sed peto, ne irascaris, quod volucium cognos-
cere genus tuum. Dixit autem illi angelus:
ego sanum ducam, et sanum tibi reducam
filium tuum. Respondens autem Tobias ait:
bene ambuletis, et sit Deus in itinere vestro,
et angelus eius comitebitur vobiscum. Tunc
paratis omnibus, quae erant in via portan-
da, fecit Tobias vale patri suo, et ambula-
verunt ambo simul.

R. Credo, quod angelus Dei bonus comi-
tebitur ei, et bene disponat omnia, quae cir-
ca eum geruntur ita, * ut cum gaudio
revertatur ad nos. V. Noli turbari, sanus
est filius noster: satis fidelis est vir ille,
cum quo misimus eum. * ut. V. Gloria.
* ut. Tob. 5. et 10.

In II. nocturno antiphona.

1. Contigit, ut Tobias fatigatus a sepul-
tura obdormisset, * fieretque cecus.
Tob. 2.

2. Hanc tentationem ideo permisit Domi-
nus evenire illi, * ut posteris daretur
exemplum patientiae eius. ibid.

3. Non est contristatus contra Deum, *
quod plaga cocitatis evenisset ei. ibid.

4. Immobilis in Dei timore permansit,
* agens gratias Deo omnibus diebus
vite suae. ibid.

5. Iustus es Domine, et omnia iudicia
tua iusta sunt: * et omnes viae
vae misericordia et veritas et iudi-
cium. Tob. 3.

Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, * et precipe in pace recipi spiritum meum. Job. 3.

V. Multo tribulationes iustorum.

R. Et de omnibus his liberaliter Dominus. Ps. 33.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et
Martyris de mortalitate.

Tobias post opera magnifica, post misericordie sue multa et gloriosa proconia, cecitatem luminum passus, timens et benedicens in adversis Deum, per ipsam corporis sui cladem crevit ad laudem; quem uxor sua depravare tentavit dicens: ubi sunt iustitiae tuae? eue quo pariteris. At ille circa timorem Dei stabilis et firmus, et ad omnem tolerantiam passivus fide religionis armatus, tentationi uxoris invalido in dolore non cepit, sed magis Deum patientia maiore promeruit: quem postmodum Raphael angelus collaudat et dicit: opera Dei revelare et confiteri honorificum est.

R. Cum ab infantia sua semper Deum immerit, et mandata eius custodierit, * non sit contristatus contra Deum, quod plaga oculatis evenerit ei. V. Non contristabit iustum, quid quid ei acciderit. * non. Tob. 2. Prov. 12.

Lectio VI.

Hanc tolerantiam iusti semper habuerunt, hanc apostoli disciplinam de Domini lege tenuerunt; non murmurare in adversis, sed quaecumque in seculo acciderunt, fortiter

et patienter accipere: cum Iudeorum populus hinc semper offenderit, quod adversus Deum frequenter murmuraret. Murmurandum non est in adversis, fratres dilectissimi! sed patienter et fortiter quid quid acciderit sustinendum, cum scriptum sit: sacrificium in Deo spiritus contribulatus, cor contribulum et humiliatum Deus non despicit.

R. Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo et sustine: * ut crescat in novissimo vita tua. *V.* Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe. * ut. *Euli. 2.*

Lectio VII.

Ex tractatu eiusdem de opere et elemosynis.

Numquam, fratres dilectissimi! admonitio divina cessavit, numquam et tacuit, quo minus in scripturis sanctis tam veteribus quam novis, semper et ubique ad misericordie opera Dei populus provocaretur; et canente atque exhortante Spiritu sancto, quis quis ad spem regni caelestis instructus, facere elemosynas iubetur. Remedia propitiando Deo ipsius Dei verbis data sunt: quid deberent facere peccantes magisteria divina docuerunt; operationis iustis Deo satis fieri, misericordie meritis peccata purgari. Et apud Salomonem legimus: concludere elemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Et iterum: qui obturat aures, ne audiat imbecillum, et ipse invocabit Deum, et non erit qui exaudiat eum. Neque enim promereri misericordiam Domini poterit, qui misericors

ipse non fuerit, aut impetralit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus.

R. Ex substantia tua fac elemosynam, et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: * ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. V. Exorare, et facere elemosynam ne desicias. * ita. Job. 29. Ecl. 7.

Lectio VIII.

Horum proceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor adverso somnio terribus estuaret, pro averteendis malis ad divinam opem impetrandam remedium dedit dicens: propterea rex consilium meum placeat tibi, et pecunia tua elemosynis redime, et iniustitias tuas miserationibus pauperum, et erit Deus patiens peccatis tuis. Cui rex non obtemperans, adversa quo viderat et infesta perpepsit: quod evadere et vitare voluit, si pecunia sua elemosynis redimere. Raphael quoque angelus pariter estatur, et ad elemosyna libenter ac largiter hortatur dicens: bona est oratio cum ieiunio et elemosyna, quia elemosyna a morte liberat, et ipsa purgat peccata. Respondit, orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi elemosynis adiuventur: deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorum et operum accensione faciantur. Revelat angelus et manifestat, et firmat elemosynis petitiones nostras efficaces fieri, elemosynis vitam de periculis redimi, elemosynis a morte animas liberari.

R. Quomodo potueris, ita esto misericors: * quoniam elemosyna ab omni peccato et

MS. duae posteriores lectiones cum suis R. R. poni possunt primo loco.

a morte liberal; et non patietur animam
ire in tenebras. *V. Facite elemosynam: et
ecce, omnia munda sunt vobis. & quoniam.
V. Gloria. & quoniam. Job. 4. Luc. 11.*

In III. Nocturno.

Ant. Aperiens Tobias senior os suum,
benedixit Dominum, et dixit: & confitemini
Domino filii Israel, et in conspectu gentium
laudate eum. *Job. 13.*

Canticum I. Jobis 13.

Magnus es Domine in eternum, & et in
omnia secula regnum tuum:

Quoniam tu flagellas et salvas, deducis ad
inferos et reducis: & et non est, qui effu-
gat manum tuam.

Confitemini Domino filii Israel: & et in con-
spectu gentium laudate eum:

Quoniam ideo dispersit nos inter gentes, quos
ignorant eum: & ut vos enarratis
mirabilia eius;

Et facialis scire eos, & quia non est alius Deus
omnipotens preter eum.

Ipsse castigavit nos propter iniquitates nostras, &
et ipse salvabit nos propter misericor-
diam suam.

Canticum II. ibid.

aspicite, quo fecit nobiscum: & et cum ti-
more et tremore confitemini illi.

Regemque seculorum exaltate & in operi-
bus vestris.

Ego autem in terra captivitatis mee confi-
tebor illi: & quoniam ostendit maiesta-
tem suam in gentem percutientem.

Convertimini peccatores, et facite iustitiam
coram Deo, & credentes, quod faciat vo-
bis eum misericordiam suam.

Ego autem et anima mea & in eo letabimur.

Canticum III. ibid.

Benedicite Dominum omnes electi eius: & agite dies letitiae, et confitemini illi.

Jerusalem civitas Dei, & castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

Confitere Domino in bonis tuis; & et benedicte Deum seculorum.

Anima mea benedicte Dominum: & quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam a cunctis tribulationibus eius.

Beatus ero, si fuerint reliquiae seminis mei & ad videndam claritatem Jerusalem.

Benedictus Dominus, qui exaltavit eam: & et sit regnum eius in secula seculorum super eam.

Ant. Aperiens Tobias senior os suum benedixit Dominum et dixit: & confitemini Domino filii Israel, et in conspectu gentium laudate eum. Job. 13.

In conspectu angelorum psallam tibi:

Et adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Ps. 134.

Lectio IX.

De epistola beati Jacobi apostoli.

cap. i.

In hoc gaudium existimate fratres, cum in tentationes varios incideritis: scientes, quod probatio fidei vestre patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes.

Beatus vir, qui suserit tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se.

Et dixit Raphael ad Tobiam: ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum

tuum: & et gratias agens, accede ad patrem
tuum. V. Tolle tecum ex felle piscis: erit enim
necessarium. & et gratias. Job. ii.

Lectio X. cap. 2.

Audite, fratres mei dilectissimi! nonne
Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites
in fide, et heredes regni, quod se promissit
Deus diligentibus se? Vos autem ex honorastis
pauperem. et nonne divites per potentiam
opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad iudicia?
et nonne ipsi blasphemant bonum nomen,
quod invocatum est super vos? Si tamen legem
perficitis regalem secundum scripturas: dili-
ges proximum tuum sicut te ipsum; bene-
facitis.

R. Dixit angelus: statim lini super oculos
patris ex felle isto piscis, quod portas tecum: &
Scias enim, quod mox aperientur oculi eius,
et videbit pater tuus lumen caeli, et in as-
pectu tuo gaudet. V. Fel valet ad ungendum
oculos, in quibus fuerit albugo, et sanabun-
tur. & scias. Job. ii. et 6.

Lectio XI.

Sic loqui mihi, et sic facite, sicut per legem
libertatis incipientes iudicari. iudicium e-
nim sine misericordia illi, qui non fecit
misericordiam: super exaltat autem miseri-
cordia iudicium. quid proderit, fratres mei,
si fidem quis dicat se habere, opera autem
non habeat? numquid poterit fides salvare
eum? Si autem frater et soror nudi sint,
et indigeant victu quotidiana, dicat autem
aliquis de vobis: ite in pace, calefacimini
et saturamini; non dederitis autem eis
quo necessaria sunt corpori, quid proderit?
Sic et fides, si non habeat opera, mortua
est in semetipsa.

B. A.

Cum adorarent Deum, et gratias egissent,
confederunt: & tunc sumens Tobias de felle
visus limavit oculos patris sui: statimque visum
recepit. V. Tobi animo esto, in proximo est,
na Deo cureris. et tunc. Tob. ii. et s.

Leitic XII. cap. 5.

Patientes estote fratres, usque ad adventum
Domini. Sicut agricola expectat pretiosum
fructum terre, patienter ferens, donec acci-
dial temporaneum et serotinum. Patientes
igitur estote et vos, et confirmate corda ves-
tra, quoniam adventus Domini appropin-
quavit. Nolite ingemiscere fratres in al-
terutrum, ut non iudicemini. Sicut iudex
ante ianuam respicit. Exemplum accipi-
te, fratres, exilus mali, laboris et patientia,
prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.
Sicut beatificamus eos, qui sustinuerunt.

Glorificabant Deum, dicebatque Tobias:
Benedicite Domine Deus Israel: & quia tu
astigasti me, et tu salvasti me. V. Magnus
es Domine in eternum, et in omnia secula
regnum tuum. & quoniam. V. gloria.
& quoniam. Tob. ii. et s.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Joannem. cap. 5.

In illo tempore: Erat dies festus Judaeorum,
et ascendit Jesus Gerosolymam. Est autem
Gerosolymis probatica piscina, quae cognomi-
nabatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus
habens. In his iacebat multitudo magna
languentium, caecorum, claudorum, paralo-
ticorum, expectantium aquae motum. Angelus
enim Domini descendeat secundum tempus
in piscinam; et movebatur aqua. Et qui pri-
mus descendisset in piscinam post motionem
aqua, sanus fiebat a qua cumque detinebatur
infirmidate.

Ad laudes Matutinas et horas.antiphona.

1. Misus est angelus Domini sagittus Raphael
(ad Tobiam et Saram) & ut curaret ambos. Job. 3.
2. Sacramentum regis abscondere bonum est, &
opera autem Dei revelare et confiteri
honorificum est. Job. 12.
3. Eleemofyna a morte liberat, et ipsa est,
quo purgat peccata: & et facit invenire
misericordiam et vitam eternam. Job. 12.
4. ad Cant. Quia acceptus eras Deo, & ne opus
fuit, ut tentatis probaret te. ibid.
5. Pax vobis, nolite timere; cum opem vo-
biscum, per voluntatem Dei eram: & ipsum
benedicite, et cantate illi. ibid.

Lectio Job. 12.

Nunc misit me Dominus, ut curarem te,
et Saram uxorem filii tui a demonio libera-
rem: ego enim sum Raphael angelus, unus
ex septem, qui astamus ante Dominum.

R. V. Immitte angelus Domini & in circuitu
dimentium eum.

V. Et eripiet eos. Ps. 33.

Hymnus S. S.

1. Mille, quem supant solio sedentem
Corporis puro sine mole montes: &
Christe, quos fuso tibi consecrasti
Sanguine serena.
2. Quos tenent celsas super astra sedes.
Spiritus, nobis quoque preparasti: &
Ut viam monstrant, Socios fideles
Providus addis.
3. Corporis morbos, tenebrasque mentis,
Belle, divinas medicus per artes, &
qui seni ceco Raphael dedisti
Cernere solem.
4. Gratias Regi superum canamus,
Fons cunctis bonis cuncta manans: &

171

Quem fides veri studiosa trinum
Credidit et unum.

1. Benedicite Domino omnia opera eius
in omni loco dominationis eius. Ps. 102.

2. Bened. ant. Benedicite Dominum omnes
electi eius: * agite dies letitiae; et confi-
temini illi. Job. 12.

Ad Tertiam. Lectio Job. 12.

Manifesto vobis veritatem, et non abscondam
vobis occultum sermonem: quando ora-
bas cum lacrimis, et sepeliebas mortuos,
et dereliquebas prandium tuum, et mor-
uos abscondebas per diem in domo tua,
et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem
tuam Domino.

3. Ascendit fumus in conspectum de orationibus
Sanctorum:

4. De manu angeli coram Deo. apoc. 8.

Ad Sextam. Lectio Job. 14.

1. Prode Domino in veritate, et inquirete
et faciteis quo placita sunt illi: et filiis
episcopis mandate, ut faciant iustitias et
elemosinas, ut sint memores Dei, et be-
dicant eum in omni tempore in verita-
te, et in tota virtute sua.

2. Justus miseretur et tribuet:

3. Et semen illius in benedictione erit. Ps. 36.

Ad Nonam. Lectio Tobie 12.

1. Benedicite Deum caeli, et coram omnibus
 viventibus confitemini ei: quia fecit vo-
 bis cum misericordiam suam.

2. Laudate Dominum omnes gentes:

3. Quoniam confirmata est super nos
 misericordia eius. Ps. 116.

Ad II. Vesperas.Antiphona ex Maluliniis.Lectio. Job. 12.

Tempus est, ut revertar ad eum, qui me
misi: vos autem benedicite Deum, et
narrate omnia mirabilia eius.

R. br. Confitemini Domino, et invocate
nomen eius:

V. Miras facite in populis adinventio-
nes eius. Ps. 12.

Hymnus Christe Rector. ex I. Voss.

V. Sancti tui Domine benedicant tibi:

R. Ut notam faciant filiis hominum poten-
tiam tuam. Ps. 144.

Ad Magnif. ant. Prostrati in faciem, be-
nedixerunt Deum: et occurrentes narra-
verunt omnia mirabilia eius. Job. 12.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXV. Octobris.

S. Iustini Martyris et Doctoris.

Duplex s. lect.

De communi Martyrum.

Oratio cum.

Deus, qui parvulis primum, ac per eos
sapientibus mysteria tua revelare digna-
tus es: fac, intercedente beato Iustino
Martyre tuo, qui insanam seculi sapien-
tiam deducens, Christum crucifixum et
discere meruit et docere; ut sanam scientiam
crucis doctrinam sectantes vere sapientes
esse valeamus. Per eundem Dominum.

Lectio II.

Ex operibus et actis S. Iustini.

Iustinus post apostolos eorumque discipulos

Lactantius scriptor antiquissimus, et martyr
 imminens appellatus, Neapoli Samaria ci-
 vitate, in scripturis Sicut dicitur, ex genti-
 bus ortus est. universas fere philoso-
 phorum sectas perlustravit, et in Platonica
 subsistit, donec a sene quodam venerando
 meliora edoctus ad christianam philoso-
 phiam transiit, etiam sub habitu philosophi
 verbum Dei predicans. Invenit imperium
 Antonino Pio Romanum profectus, ut chri-
 stianos a gentiliis calumniis vindicaret,
 circa annum centesimum quinquagesimum
 apologiam primam pro christianis eidem
 imperatori, eiusque filiis et Senatus
 Romano nuncupatam obtulit. In Asia
 reversus celebre illud cum Tryphone Judo
 colloquium habuit. Inde Roma alteram
 pro christianis apologiam conscripsit, quam
 Marcus Aurelius et Senatus Romano dedit.

P. Grecis ac barbaris, sapientibus et insipien-
 tibus delictor sum: promptum est et vobis,
 qui Romae estis, evangelizare: * non enim
 erubescio evangelium. V. Loquebar de
 testimoniis tuis in conspectu regum, et
 non confundebam. * non. Rom. 1. Cf. 118.

Lectio III.

Sed dum crescentem philosophum argueret,
 ab eadem apud imperatorem accusatus, et
 in Rusticum praesidem Romae adductus est.
 Cui dixit praeses: age, esto diis ipsis obediens,
 et imperatoris edictis. Illi autem Iustinus
 respondit: nemo unquam reprehendi aut
 condemnari potuit, qui Salvatoris nostri
 Iesu Christi praecipis obediit. Ab Rustico:
 quale nam est dogma christianorum? Respon-
 dit Iustinus: rectum dogma, quod christiani

174:
homines cum pietate servamus, hoc est, ut
Deum unum existimemus, factorem atque
creatorem omnium quod videntur, quoque
corporeis oculis non cernuntur: et Domi-
num Jesum Christum Dei Filium confi-
teamur olim a prophetis pronuntiatum,
qui et humani generis iudex venturus est,
salutis preco et magister ius, qui ab illo
bene didicerunt. Profectus ad Justinum
dixit: audi tu, qui eloquens ore diceris,
et putas te veram disciplinam tenere:
si a capite per totum corpus flagellis coe-
sus fueris, futurum opinaris, ut in caelos ascen-
das, mercedem aliquam recipiturus? Non
opinor, inquit Justinus, sed scio, et hoc
tam certum habeo, ut nihil dubitem.

Jesu igitur presidis post verbera securi
percussus in Salvatoris conspectu marty-
rium consummavit. De eo testatur Eusebius,
quod scripserit plurima ingenii sui, doctri-
naeque et intenti in res divinas studii mo-
numenta, multiplicis utilitatis plena.

R. Quia non cognovit mundus per sa-
pientiam Deum: & placuit Deo per stulti-
tiam praedicationis salvos facere credentes.

V. Verbum crucis pereuntibus quidem
stultitia est; iis autem, qui salvifunt,
Dei virtus est. & placuit. V. gloria. & placuit.

i. Cor. i. Die XXVII. Octobris.

Vigilia S. Simonis et Iuda.

Simplex S. lect.

Officium de feria currente, proter sequentis.

Oratio Sac. gelas.

Concede, quosumus, omnipotens Deus, ut
sicut apostolorum tuorum Simonis et
Iuda gloriosa natalitia provenimus, sic

175.
Ad haec beneficia promerenda maiestatem tuam
me nobis ipsi praeveniant. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. in vig. apost.

Tria sunt, quae in festiuitatibus Sanctorum
vigilanter considerare debemus: auxilium
anti, exemplum eius, confusionem nostram.
Ad diligentiori intuitu confusionem nostram
aspiciamus: quia homo ille similis nobis
uita passibilis, ex eodem luto formatus, ex
no et nos. quid ergo est, quod non solum difficile,
sed et impossibile credimus, ut faciamus opera
quo fecit, ut sequamur vestigia eius? Confun-
amur, fratres, et contremiscamus ad vocem
nam, si forte haec confusio adducat nobis glo-
iam, si forte generet gratiam nobis timori iste.
tomines isti fuerunt, qui preceperunt nos,
in tam mirabiliter preceperunt per vias
isto, ut vix eos homines fuisse credamus.
Ergo in Sanctorum festiuitatibus et gau-
ere et confundi debemus: gaudere, quia pa-
ronos promissimus; confundi, quia eos imitari
non possumus. Ita semper gaudium nostrum
in hac valle lacrymarum, lacrymarum
rane condiri debet, ut semper non solum
extrema, sed et prima gaudii luctus occupet.
Tunc in vigiliis uniuscuiusque Sancti cogita-
re debemus.

V. Scitote, quoniam exaudiet Dominus pre-
ces vestras: et si permanentes permanseritis,
in ieiuniis et orationibus. V. Vigilate et
orate, ut non intretis in tentationem.
et manentes. V. Gloria. et manentes. Judith. 4.
Matth. 26.

Die XXVIII. Octobris.

S. Simonis et Jude apostolorum.
Festivitas II. clavis 12. lect.

Omnia de communi, proter sequentia.

Oratio S. Gelas.

Deus, qui nos per beatos apostolos tuos ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis Sanctorum tuorum Simonis et Jude gloriam sempiternam et proficiendo celebrare; et celebrando proficere. per Dominum.

In I. noct. Lationes quatuor cum suis Ep.
De Scriptura et die currente.

In II. nocturno.

Lectio V.

Ex commentario sancti Hieronymi
 Presbyteri in Mattheum. l. i. c. 10.

Simon Cananeus, ipse est, qui in alio Evangelista scribitur Zelotes; Cana quippe Zelus interpretatur. Thaddaeum apostolum ecclesiastica tradit historia missum edepam ad Abgarum regem Chosidens: qui ab Evangelista Luca Judas Jacobi dicitur, et alibi appellatur Lebous, quod interpretatur Corculus. Credendumque est eum fuisse in nomine: sicut Simon Petrus; et filium Zebedaei Thaanerges ex firmitate et magnitudine fidei nominati sunt.

Lectio VI.

Ex libro eiusdem de scriptoribus ecclesiasticis. cap. 4.

Judas frater Jacobi parvam quidem, quae de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea apertum testimonium, a plerisque reicitur. Tamen auctoritatem relictam iam et usu meruit, et inter sacras scripturas computatur.

Lectio VII.

Ex libello sancti Adonis Episcopi de
festiuitatibus apostolorum. cap. i.

Thaddeus apud Mesopotamiam, Simon vero
apud Aegyptum traditum predicare. Unde simul
versum ingressi eam fidei Christi innumeram
eius gentis multitudinem subdidicerunt, et
desertam Domini late iam fundatam viderunt,
martyrium ibi, cursu temporis expletes,
calo certamine consummaverunt; honorifice
pulti a populis Christianis, quos Domino ipsi
inuerant.

Lectio VIII.

Uod quidam putant, Simonem apostolum
num de duodecim, ipsum esse, qui sub Traia-
o crucem passus sit, omnino falsum est.
Imo et Beda sanctus Presbyter, qui hoc super
Acta apostolorum sentit, Eusebium secutus, in
libro Retractionum se hoc non bene scisse
prehendit. Sed et historia ecclesiastica non
apostolo, sed de alio Simone gesta narrat.

In III. et octavo.

Lectio IX.

Incipit epistola catholica beati Iuda
apostoli.

Iudas Iesu Christi seruus, frater autem sacerdoti-
is qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo
Iesu conseruatis et uocatis. Misericordia
vobis, et pax, et charitas adimpleatur. Cha-
rissimi omnem sollicitudinem faciens scri-
psi vobis de communi vestra salute, ne-
he habui scribere vobis: Deprecans super-
uacari semel tradita sanctis fidei. Subin-
suerant enim quidam homines, qui olim
rescripti sunt in hoc iudicium, impij, dei
ostri gratiam transferentes in luxuriam,
Nolum dominatorem et Dominum nos-
trum Iesum Christum negantes, commonere

Prop. De Sanctis. 25.

B. A.

177.

autem vos volo, sicut et semel omnia, quoniam
 Jesus populum de terra Egypti salvans, se-
 cundo eos, qui non crediderunt, perdidit: An-
 gelos vero, qui non servaverunt suum princi-
 patum, sed dereliquerunt suum domicilium,
 in iudicium magni diei vinculis eternis sub
 caligine reservavit.

Lectio X.

Sicut Sodoma et Gomorraha et finitimo civi-
 tates simili modo ex fornicato, et abeuntes
 post carnem alteram, facta sunt exemplum
 ignis eterni penam sustinentes. Similiter
 et hi carnem quidem maculant, Dominatio-
 nem autem spernunt, maiestatem autem
 blasphemant. Cum Michael archangelus cum
 diabolo disputans altercatus de Moysi
 corpore, non est ausus iudicium inferre blas-
 phemio, sed dixit: imperet tibi Dominus.
 Hi autem quocumque quidem ignorant, blas-
 phemant: quocumque autem naturaliter
 tamquam bruta animalia norunt, in
 his corrumpuntur. Ut illis, quia in via
 Cain aliterunt, et errore Halaam mercede
 effusi sunt, et in contradictione Core perie-
 runt. Hi sunt in epulis suis macula, convi-
 vantes sine timore semetipsos pascentes, nu-
 bes sine aqua que a ventis circumferuntur,
 arbores autumnales, infructuose, vis
 mortuo, eradicato, fluctus feri maris, des-
 pu manes suas confusiones, sidera carantia,
 quibus pro cella tenebrarum reservata est
 in eternum.

Lectio XI.

Prophetavit autem et de his septimus ab
 Adam Enoch dicens: ecce venit Dominus
 in sanctis millibus suis, facere iudicium contra
 omnes, et arguere omnes impios de omnibus
 operibus impietatis eorum, quibus impie

perunt, et de omnibus duris, quo locuti
 sunt contra Deum peccatores impij. Hi
 sunt murmuratores querulosi, secundum
 desideria sua ambulantes, et os eorum lo-
 quitur superbia, mirantes personas questus
 causa. Vos autem charissimi memores estote ver-
 borum, quo predicta sunt ab apostolis Domini
 nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam
 in novissimo tempore venient illudores, secun-
 dum desideria sua ambulantes in impietatibus,
 et sunt, qui segregant in semetipso, animales,
 virum non habentes.

Lectio XII.

Vos autem charissimi superedificantes vosmet-
 ipso sanctissimo vestro fidei, in spiritu sancto
 videntes, vos metipso in dilectione Dei servate,
 expectantes misericordiam Domini nostri Jesu
 Christi in vitam eternam. Et hos quidem
 requirite iudicatos: illos vero salvate, de igne
 sapientes. Aliis autem miseremini in timore,
 dicentes et eam, quo carnalis est, maculatam
 vnicam. Et autem, qui potens est vos conser-
 vare sine peccato, et constituere ante con-
 spectum glorie sue immaculatos in exulta-
 tione in adventu Domini nostri Jesu Christi:
 soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum
 Dominum nostrum gloria et magnificentia,
 imperium et potestas ante omne seculum,
 et nunc, et in omnia secula seculorum. amen.

Sequentia sancti Evangelii secundum
 Joannem. cap. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis.
 Hoc mando vobis, ut diligatis invicem.
 Si mundus vos odit, scitote, quia me prio-
 rem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis,
 mundus quod suum erat diligeret:
 quia vero de mundo non estis, sed ego

elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Memento sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequantur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hoc omnia faciunt vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. qui me odit, et datum meum odit. Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt et oderunt et me et datum meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XXIX. Octobris.

S. Wolfgangi Episcopi.

Duplex 3. lect.

Oratio Paris.

Ecclesiam tuam, Domine, interveniente beato Wolfgango Pontifice perpetua miseratione prosequere: ut inter seculi turbines constituta, et presenti incanditate respiret; et aeterno beatitudinis gaudia percipiat. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per familiarem S. scripta
apud Mabillon.

Wolfgangus Suevus ab ipsis infantia rudimentis caduca quoque despicens, in augiensis monasterio ipsis magistris suis suscipiendus redditur. Suscepto in

infulensi monasterio religionis habitu
 quanto rigore, qualique observantia vi-
 xerit, et virtutum suarum exitus, et
 multarum salus animarum ostendit. a
 sancto Valrico Augustano Episcopo pres-
 byter ordinatus, cum abbatis sui licentia
 Noricum et Pannonis confinia petiit,
 ut Evangelium ibidem predicaret. Inde
 revocatus, et ealesis Ratisponensi pro-
 felus studuit esse forma dominici gre-
 gis ex animo. Monastico disciplina
 intentus sancti Emmerani monasterio
 proprium regularem concepit abbatem,
 cum antea episcopi illud administrabant.
 Saepe suspirans dicebat: quid prodest
 sanctitatis habitum sine operibus gesta-
 re? Alia quoque suo dioecesis monasteria
 ad monastico vitam observantiam per-
 duxit. Pagenes quoque sacerdotes qua
 cautela populum Domini docerent,
 sollicite investigavit, et pro omnibus,
 et castitatem sequerentur, neque immundi
 ad sacra mysteria accedere presumerent,
 transpime admonuit. apostolicis demum
 laboribus anno nonagesimo nona-
 gesimo quarto in mortuus, et a sancto
 Leone nono inter sanctos relatus est.

8. Pasce qui in vobis est, gregem dei,
 forma facti gregis ex animo. * et †
 cum apparuerit princeps pastorum,
 percipietis inmarcescibilem gloriam
 coronam. V. Si luceat lux vestra
 coram hominibus, ut videant opera
 vestra bona. * et. V. gloria. † cum.
 j. Petr. 5. Matth. 5.

Vespero de sequenti, commemoratio precedentis.

Die XXX. Octobris.

Festum S. Reliquiarum.

Festivitas II. clavis. jz. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Rom. 8.

Si Spiritus Dei, qui suscitavit Jesum
a mortuis, habitat in vobis: qui susci-
tavit Jesum Christum a mortuis, vivi-
ficavit et mortalia corpora vestra,
propter inhabitantem Spiritum eius
in vobis.

R. Ego consolabor vos, et gaudebit
cor vestrum:

V. Et opa vestra quasi herba germina-
bunt. Isa. 66.

Hymnus clun.

1. Adeste Sancti, plurimos
Tum thure, vestra dum piis
Coluntur opa ritibus: &
Vobis favete supplicum.
2. Non illa quamquam tristibus
Imum redacta in pulverem
Tudum sepulcris squalleant, &
Divina virtus deserit.
3. Sed sancta presenti fovet
Impletque templa chumine: &
Sedet futuro Spiritus
Post secula servat glorio.
4. Hinc ille, qui nostris latet
Cinis sub aris conditus, &
Ogris medetur efficax,
Torquet fugatque demones.

Sil Summa, Christe, laus tibi,
Venture index seculi *
Cum Patre cumque Spiritu,
In seculorum secula. amen.

Exultabunt Domino
Opera humiliata. Pf. 50.

Ad Magnif. ant. Dormiunt in terra
pulvere: * evigilabunt in vitam eter-
nam. Dan. 12.

Oratio clun.

Ruge in nobis, Domine, resurrectionis
fidem, qui in sanctorum tuorum Reli-
quijs mirabilia operaris: et fac nos in-
mortalis glorio participes; cuius in-
corum cineribus pignora veneramus.
Per Dominum.

Ad Vigiliis Nocturnas.

Invit. Teum in Sanctis suis mirabilem *
venite adoremus. Pf. 67.

Hymnus clun.

O vos unanimes christi adum chori,
Sanctorum tumulos, et cineres patrum, *
Dulces exuvias, pignora caelorum
Letis dicite cantibus.

Caelo quando piis equa laboribus
Felicis animo gaudia possident, *
Benarum sociis debita redditur
Huius laus et deus opibus.

Vos, quorum cineres supplicibus pia
Tutum presidium plebs colit osculis: *
Si vos nostra movent, subsidium boni
Vestris ferat clientibus.

Ut, cum nostra novis splendida votibus
Surgat innotata choris spirituum caro, *
Invisisa Trias sit Deus omnia
Vobis semper in omnibus. amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. Vidi sulcus arare animas interfecto-
rum propter verbum Dei, & ob propter
testimonium, quod habebant. apoc. 6.
2. Clamabant voce magna dicentes: &
usquequo Domine sanctus et verus non
iudicas, et non vindicas sanguinem
nostrum? ibid.
3. Dabo sunt illis singula stola alba, et
dictum est illis, ut requiescerent adhuc
tempus modicum, & donec compleantur
conserui eorum. ibid.
4. Hi sunt ante thronum Dei, & servi-
unt ei de ac nocte. ibid.
5. Qui sedet in throno, & habitabit su-
per illos. ibid.
6. Agnus, qui in medio throni est, reget illos, &
et deducet eos ad fontes vitae aquarum. ibid.
- V. Dominus non derelinquet sanctos suos:
- R. In eternum conserva buntur. Ps. 56.

Lectiones quatuor cum suis R. De
Scriptura et die currente.

In II. Nocturno antiphona.

1. Ossa arida audite verbum Domini: & ecce
ego intromittam in vos spiritum et vi-
vetis. Ezech. 37.
2. Dabo super vos nervos, & et succrescere
faciam super vos carnes. ibid.
3. Supercaudam in vobis cutem, & et dabo
vobis spiritum, et vivetis. ibid.
4. Dominus egredietur de loco suo: & et reve-
labit terra sanguinem suum, et non ope-
riet ultra interfectos suos. Isa. 26.
5. Ego Dominus, et salvator non est proter me: &
de manu mortis liberaboccos, de morte redimam
eos. Isa. 45.

C. opr. de Sanctis 24.

B. A.

Amode iam dicit Spiritus, ut requiescant
a laboribus suis: & opera enim illorum sequun-
tur illos. apoc. 14.

Justi in perpetuum vivant:

Apud Dominum est merces eorum. Sap. 5.

Lectio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 26. in 2. ad Cor.

Sanctorum opera demones sistunt et exer-
ciant, acerbissimis que illis vinculis eos, qui
districti sunt, solvunt. quid hoc tribunali ter-
ribilius fingi potest? cum nemo cernatur,
quo demonis lateri incumbat, voces et ila-
rationes, verbera et cruciatibus, lingue confla-
rantes audiuntur, demone admirabilem po-
tentiam minime ferente. Atque isti, qui corpora
operantur, virtutes corpore vacantes superant,
ulvisque, opa et cinis naturas illos invisibiles
ilacerant. Ideo nemo est, qui peregrinationem
inquam misere sustineat, ut imperatorum
ulas videat: contra multi plerumque impe-
ratores peregre profecti sunt, ut hoc spectante
mererentur. Siquidem sanctorum Martyrum
empla futuri iudicii vestigia et signa exhibe-
nt, dum demones flagris ceduntur, homi-
nesque castigantur ac liberantur. Videntur,
et Sanctorum, etiam vita funebrium, visibilis?

Fide Joseph moriens de operibus suis man-
avit: & opera ipsius visitata sunt, et post
ortem prophetaverunt. V. Tulit Moyses
ha Joseph secum, eo quod admiraret filios
Israel viens: visitabit vos Deus, offerete opa
nea hinc vobiscum. & opera. Hebr. 11. Euli. 49.
2 ad. 10.

Lectio VI.

hom. in S. Mart. Ignat.

Sanctorum non modo corpora, sed ipsi loculi
 et monumenta spiritali gratia confecta
 sunt. etiam si in Eliseo id contigit, ut defunctus
 sepulcrum eius attingens mortis vincula
 dissolveret, et ad vitam rursus redierit: mul-
 to magis id fiet hoc tempore, quo gratia fluit
 uberius, quo Spiritus maior est vis: ut si
 cum fide aliquis arcam attingat, magnam
 inde virtutem hauriat. Et eam ob causam
 Reliquias Sanctorum nobis concepit Deus,
 ut nos ad se eorum imitatione perducat,
 et sint nobis velut portus quidam, et idoneum
 solacium eorum malorum, quo assidue nos
 affligunt. Quam ob rem vos omnes cohortor,
 fratres, si quis vestrum egritudine, vel cor-
 poris morbo, vel quavis alia calamitate
 premitur, ut cum fide huc accedat: et ab
 illis omnibus liberatus, magna cum la-
 titia revertetur, et aspectu solo consuetudinem
 leviolem et tranquilliolem reportabit.

Et. Proiecerunt cadaver in sepulcro Elisei:
 * quod & cum tetigisset ossa Elisei, revixit
 homo, et stetit super pedes suos. V. et non
superavit Eliseum verbum aliquod, et
mortuum prophetavit corpus eius. & cum
4. Reg. 13. Euli. 48.

Leitio VII.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Ser. 275.

Magnam Dominus testimonium prebet
 servis suis, cum ille, qui rexit corda certan-
 tium, nec corpora deserit mortuorum.
 Vere pretiosa in conspectu Domini mors
 Sanctorum eius, quando nec terra, carnis
 vita deserente, contemnitur, et invisibili
 anima de domo visibili discedente, habitaculum
 servi cura Domini custoditur, et in

loriam Domini a confervis fidelibus honora-
ur. quid enim agit Deus, mira opera faciendo
circa sanctorum corpora defunctorum, nisi
testimonium perhibet, sibi non perire quod
moritur: et ut hinc intelligatur, in quali
honore secum habeat animas orisorum, quan-
to caro ex animis tanto effectu divinitatis
renatur?

¶ Amen dico vobis, qui credit in me, opera
meo ego facio, et ipse faciet, et maiora horum
faciet: et quodcumque petieritis habent in
patre meo, hoc faciam. V. Dabo vos in no-
men, et in laudem omnibus populis terrae.
et. Joan. iii. Soph. 5.

Lectio VIII.

Sermo sancti Hieronymi Presbyteri.
epist. 57. ad. 75. ad. vigil.

Dolet Vigilantius Martyrum Reliquias pre-
ioso operiri velamine, et non vel pannis
et cilicio colligari, vel proici in sterquilium.
Ergo omnes episcopi non solum faci-
egi, sed et facturi iudicandi, qui rem vilissimam
in cineres dissolutos in serico et vase aureo por-
averunt? Dicit in libello suo, quod dum vi-
imus, mutuo pro nobis orare possumus;
postquam autem mortui fuerimus nullius
est pro alio exaudienda oratio: profertim
cum Martyres ultionem sui sanguinis obse-
antes impetrare non qui verint. Si apostoli
et Martyres adhuc in corpore constituti pos-
sunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc
ebent esse solliciti; quanto magis post coro-
as, victorias, et triumphos? Paulus aposto-
lus ducentas septuaginta sex filii dicit in
sua animas condonatas: et postquam res-
citatus esse ceperit cum Christo, tunc ora clau-
surus est, et pro iis, qui in toto orbe ad suum
evangelium crediderunt, mutire non
poterit?

R. Super languidos deferentur a corpore
(Pauli) sudaria et semianxia, et sic recide-
bant ab eis languores, et spiritus nequam egre-
diebantur. R. Infirimos curate, mortuos
suscitate; demones eicite. et c. V. gloria.
et recidebant. act. 19. Matth. 10.

In III. et octavo.

Ant. Cantate Deo, psalmum dicite nomini
eius, qui eduxit viros in fortitudine: et
similiter eos, qui habitant in sepulchris.

Ps. 67.

Cantica ex festo omnium Sanctorum.

V. Psallite Domino Sancti eius.

R. Et confitemini memoris sancti Iohannis. Ps. 24.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli

ad Corinthios. cap. 15.

Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et
in Christo omnes vivificabuntur. unusquis-
que autem in suo ordine; primitivo
Christus, deinde ii, qui sunt Christi, qui
in adventu eius crediderunt. Deinde fi-
nis, cum tradiderit regnum Deo et Patri,
cum evacuaverit omnem principatum,
et potestatem, et virtutem. Oportet autem
illum regnare donec ponat omnes inimi-
cos sub pedibus eius. Et visissima autem ini-
mica destructur mors, omnia enim sub-
iecit pedibus eius. Cum autem dicat: om-
nia subiecta sunt ei sine dubio probet eum,
qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta
fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius sub-
iectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit
Deus omnia in omnibus.

R. Precipitabit Dominus mortem in

sempiternum, & auferet Dominus Deus
larymam ab omni facie. V. Cum evacua-
verit Christus omnem principatum et potesta-
tem; novissima inimica destructus mors.
* et. 1. Cor. 15.

Lectio X.

Sed dicit aliquis: quomodo resurgunt mortui,
malive corpore venient? Insuper, tu quod
seminas, non vivificatur, nisi prius moria-
tur. Et quod seminas, non corpus, quod fu-
turum est, seminas, sed nudum granum,
ut puta tritici aut aliius ceterorum. Deus
autem dat illi corpus sicut vult, et unicuique
seminum proprium corpus. Non omnis caro
eadem caro, sed alia quidem hominum, alia
vero pecorum, alia volucrum, alia autem
visium. Et corpora caelestia et corpora terre-
stria: sed alia quidem caelestium gloria, alia
autem terrestrium: alia claritas solis, alia
claritas lune, et alia claritas stellarum.
Stella enim a stella differunt in claritate: sicut
et resurrectio mortuorum.

V. Ecce ego aperiam tomulos vestros, et edu-
cam vos de sepulchris vestris, populus meus:
et scietis, quia ego Dominus coadjuvus sum
vobis. V. Ego sum resurrectio et vita:
qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,
vivet. * et. Joan. 11.

Lectio XI.

seminatur in corruptione, surget in incor-
ruptione; seminatur in ignobilitate, sur-
get in gloria: seminatur in infirmitate,
surgit in virtute: seminatur corpus ani-
male, surgit corpus spiritale. Si est corpus
animale, est et spiritale, sicut scriptum est:
factus est primus homo adam in animam
viventem, novissimus adam in spiritum

vivificantem. Sed non prius, quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de coelo celestis. qualis terrenus, tales et terreni: et qualis celestis, tales et caelestes. Ergo sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem celestis.

R. Ego consolabor vos. videbitis, et gaudebit cor vestrum: et opera vestra quasi herba germinabunt, et cognoscetur manus Domini servis eius. *V.* Cum Christus apparuerit vilita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. * et opa. *psa. 66. Colof. 3.*

Lectio XII.

Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. neque corruptio in corruptelam possidet. Ecce mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit vobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

R. Justorum anime in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis: * nisi sunt oculis insipientium

mori, & illi autem sunt in pace. &.
quasi in perpetuum hereditabunt terram,
germen plantationis ~~meo~~ meo, opus ma-
nus meo ad glorificandum. * visi. &.
Gloria. & illi. Sap. 3. Gsa. 60.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 20.

In illo tempore: acciperunt quidam Sad-
ducaorum, qui negant esse resurrectionem,
et interrogaverunt Jesum dicentes:
Magister! Moyses scripsit nobis: si fra-
ter alicuius mortuus fuerit habens
uxorem, et huius sine liberis fuerit, ut
accipiat eam frater eius uxorem, et
habeat semen fratri suo. Septem ergo
fratres erant: et primus accepit uxo-
rem, et mortuus est sine filiis. Et se-
quens accepit illam, et ipse mortuus est
sine filio. Et tertius accepit illam. Si-
militer et omnes septem, et non
reliquerunt semen, et mortui sunt.
Et novissime omnium mortua est et
mulier. In resurrectione ergo cuius
eorum erit uxor? siquidem septem
habuerunt eam uxorem. Et ait illis
Jesus: filii huius seculi nubunt et
traduntur ad nuptias: illi vero, qui
digni habebuntur seculo illo, neque nu-
bent, neque ducunt uxores, neque enim
ultra mori poterunt: equales enim
angelis sunt, et filii sunt Dei, cum sint
filii resurrectionis. quia vero resur-
gant mortui, et Moyses ostendit seus
tulum, sicut dicit Dominum Deum
Abraham, et Deum Isaac, et Deum Jacob.

Deus autem non est mortuorum sed vivo-
rum; omnes enim vivunt ei.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

1. Iusti quasi virgines folium germina-
bunt: & radix iustorum non com-
movebitur. Prov. ii. et 12.

2. Si memoria illorum in benedictio-
ne: & opera eorum pullulent de
loco suo. Ecli. 46.

3. Opera eorum pullulent de loco suo: nam
corroboraverunt Jacob; & et redeme-
runt se in fide virtutis. Ecli. 49.

4. Ad cant. Benedicite spiritibus et animo
iustorum Domino: & quia eruit
nos de inferno, et salus fecit de ma-
nu mortis. Zan. 9.

5. Corpora ipsorum in pace sepulta
sunt: & et nomen eorum vivit in ge-
nerationem et generationem. Ecli. 44.

Lectio apoc. 21.

Absterget Deus omnem lacrymam ab
oculis eorum: et mors ultra non
erit, neque luctus, neque clamor, ne-
que dolor erit ultra: quia prima ab-
erunt.

R. b. Letentur omnes, & qui sperant
in te Domine:

V. In eternum exultabunt, et hali-
tatis in eis. Ps. 5.

Hymnus Clun.

1. Capim parsa Deus, postivi memo,
Custos ne pereant pignora colligib: &
Electosque suis providus aggerit
aplandos lapides locis.

B. A.

Quin et Reliquias et humulos sibi
 aras ipse Deus consecrat hostia: x
 Coniungens que suis se caput ardentibus
 Hoc secum simul immolat.

Vos, quorum cineres supplicibus pia,
 Tutum presidium, plebs colit, osculis: x
 Si vos nostra movent, subsidium boni
 Vestris forte dicentibus.

Ut cum nostra novis splendida votibus
 Surgat in aula choris Spirituum caro, x
 Indivisa Trias, si Deus omnia
 Nobis semper in omnibus. amen.

Exultabunt sancti in gloria:

Letabuntur in cubilibus suis. Ps. 139.

Bened. ant. Vivent mortui tui, in-
 effecti mei resurgent: x exurgite mihi
 et laudate, qui habitatis in pulvere. Isa. 26.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 8.

Simus, quod omnis creatura ingemiscit et
 arduat usque adhuc: non solum autem illa,
 sed et nos ipsi gemimus et ad optatam
 liberationem expectamus, et ipsi intra nos gemimus,
 adoptionem filiorum Dei expectantes, re-
 missionem corporis nostri.

Non discedimus a te. vivificabis nos:

Et nomen tuum invocabimus. Ps. 79.

Ad Sextam. Lectio Colos. 3.

Mortui estis, et vita vestra est abscondita
 cum Christo in Deo: cum Christus apparuit
 vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso
 in gloria.

Preliosa in conspectu Domini

et nos Sanctorum eius. Ps. 135.

Ad Nonam. Lectio Philip. 3.

Nostra conversatio in caelis est: unde etiam

194:

Saluatorem expectamus Dominum nostrum
Iesum Christum, qui reformabit corpus hu-
militatis nostrae, configuratum corpori de-
ritatis suo.

V. Letatum est cor meum, et exultavit lingua
mea.

℟. Insuper et caro mea requiescet in spe. Ps. 15.

Ad II. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Iuli. 44.

Illi viri misericordiae sunt, quorum prolatos
non defuerunt, cum semine eorum perma-
nent bona: et filii eorum propter illos us-
que in eternum manent: semen eorum
et gloria eorum non derelinquetur.

℟. V. Dominus amat iudicium, et non dere-
linquet sanctos suos:

℟. In eternum conservabuntur. Ps. 36.

Hymnus. Adeste. ex I. Vesperis.

V. Custodit Dominus omnia opa eorum:

℟. Unum ex his non conteretur. Ps. 35.

Ad Magnif. ant. Cum a mortuis resurre-
rint, sunt sicut angeli in caelis; neque enim
ultra mori poterunt: et filii sunt Dei,
cum sint filii resurrectionis. Marc. 12. Luc. 20.

Die XXXI. Octobris.

Vigilia omnium Sanctorum.

Simplex 3. lect.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Enarr. in ps. 83.

David populus inter tentationes, populus
inter preuras, populus in torcularibus,
suspirans in superna promissa: beati
inquit, qui habitant in domo tua. unde

beati? in secula seculorum laudabunt te.
 Hoc erit totum negotium nostrum, sine
 defectu alleluia. Non vobis, fratres, videatur
 quasi fastidium ibi futurum, quia si hoc
 moro diu dicatis, non duratis, ab illo gaudio
 necessitas vos avertit. cum absorpta fuerit
 mors in victoriam, cum mortale hoc induc-
 rit in immortalitatem, et corruptibile hoc
 induerit incorruptionem, nemo dicet: diu
 letit, nemo dicet: diu ieiunavi, diu vigilavi.
 Valuitas enim magna ibi, et ipsa immorta-
 litas iam corporis nostri suspendetur in con-
 templationem Dei. Securi ergo sumus, fratres,
 non nos satiabit laus Dei, amor Dei. Si de-
 licies ab amore, deficiet a laude. Si autem
 amor sempiternus erit, quia illa insatiabilis
 voluptudo erit, noli timere, ne non possis
 laudare, quem semper poteris amare. Ergo
 beati qui habitant in domo tua, in secula
 seculorum laudabunt te. Huius vite suspiramus.

¶. Heu mihi, quia incolatus meus prolon-
 gatus est, habitavi cum habitantibus ceteris:
 & multum incola fuit anima mea. V.
 Duc de custodia animam meam, ad confi-
 endum nomini tuo Domine. & multum.
 ¶. Gloria. & multum. Ps. 119. et 121.

Oratio Brev. Rom.

Domine Deus noster multiplica super nos
 gratiam tuam: et quorum prevenimus
 gloriosa solemnia; tribue subsequi in tanta
 professione letitiam. Per Dominum.
 Hodie non dicuntur suffragia Sanctorum.

Festa Novembris.

Die II.

Festum omnium Sanctorum.

Festivitas I. classis. 12. Cal.
Cum Octava maiore.

Ad I. Vesperas antiphono.

1. Iusti in perpetuum vivent, * et apud
Dominum est merces illorum. Sap. 5.
2. Gratia Dei, et misericordia est in sanctis
eius: * et respectus in Electis illius. Sap. 11.
3. Dextera sua reget eos, * et brachio sancto
suo defendet illos. Sap. 5.
4. Accipient regnum decoris, et diadema
speciei * de manu Domini. Ibid.

Lectio 1. Cor. 2.

Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in
 cor hominis ascendit, quo preparavit Deus
 eis, qui diligunt illum.

- R. br. Quam magna multitudo dulcedinis
tuae, * quam abscondisti, timentibus te!
V. Perfecisti eis, qui sperant in te. Ps. 50.

Hymnus Clun. Sent.

1. Vos sancti Proceres, vos Superum chori,
Caeli quotquot habet Regia Principes: *
Nostros nunc date vestris
Cantibus iungere cantibus.
2. Primis ante alios, gloria caelorum,
Christi Virgo parens fulget honoribus: *
Divinoque severum
Flectit pignore iudicem.
3. Assant Spirituum mille acies throno,
Regi sancta ferunt vota clientium: *
Hic Baptista profundo
Lucis flumine mergitur.
4. Quorum nuntia vox orbis ad ultimas,
Christum vox resonans, in tonitru plagar, *
Procones duodecim,
Sacris vultibus aspiciunt.

1. Fusis purpurei sanguine Martires,
Et puro niveo pectore Virgines, *
Aqno candida fundunt
Rubris lilia cum rosis.

2. Qui pavere suos propofiti greges,
Bafundur fupero lumine plenius: *
Quas flere, ferenus
Abftergit lacrymas Pater.

3. A quo cuncta fluunt, maxima laus Patri:
Qui mundum reparat, maxima Filio: *
Et quo pectora flaurant,
Sic laus maxima Flamini. amen.

4. Non privabit bonis eos, qui ambulat in
innocentia.

5. Domine virtutum beatus homo, qui
fperat in te. Pf. 82.

Ad Magnif. ant. A feculo non audierunt,
neque auribus perceperunt: * oculus non
vidit, Deus, absque te, quo preparasti ex-
fpectantibus te. Pf. 64.

Oratio. Omnipotens. ex Laud. Natut.

Ad Vigiliis nocturnas.

Invid. Deum, qui glorificatur in concilio
sanctorum: * Venite adoremus. Pf. 88.

Hymnus An. Sant.

1. Coelo quos eadem gloria confecrat,
Terris vos eadem concelebrat dies: *
Lati veftra fimul premia pangimus,
Turis parva laboribus.

2. Jam vos pascit amor, nudaque veritas,
De pleno bibitis gaudia flumine: *
glu perpetuam mens fariat fihni,
Lacris ebrua fontibus.

3. Orionis turba finum cornua frontibus,
Inter tot rubili fulgura luminis, *

Regnanti Domino devouet aurea,
Quo ponit, diademata.

4. Gentes innumeros, conspicuos stolis
Agni purpureo sanguine candidis, &
Balmis leta cohors cantibus amulis
Ter sanctum celebrant Deum.

5. Sit laus summa Patri, summaque Filio,
Sit par sancte tibi laus quoque Spiritus, &
qui das pro meritis, optimus arbiter,
Te totum simul omnibus. amen.

In I. et octurno antiphona.

1. Qui confidunt in Domino, intelligent
veritatem; & quoniam donum et pax
est electis eius. Sap. 9.

2. Omnes sancti in manu Dei sunt; & et
qui adpropinquant pedibus eius, accipi-
ent de doctrina illius. Deut. 33.

3. Redenti a Domino convertentur, et
uenient in Sion cum laude. Isa. 55.

4. Ecce serui mei letabuntur, & et laudabunt
pro exultatione cordis. Isa. 65.

5. Ratio Dei permanet iustis, & et profectus
illius sine fine habebit in eternum. Eccl. 11.

6. Videbunt faciem eius, & et nomen eius
in frontibus eorum. apoc. 22.

7. Inebriabuntur ab uberitate domus tue:

8. Et torrente voluptatis tue potabis eos. Ps. 35.

Lectione I.

De apocalypsi beati Iohannis apostoli.

cap. 4.

Ecce sedes posita erat in caelo, et supra sedem
sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui
lapidis iaspidis et sardinis; et iris erat in
circuito sedis, similis visioni smaragdinae.
Et in circuito sedis sedilia viginti quatuor.

Et super thronos viginti quatuor seniores
sedentes, circumamicti vestimentis albis,
et in capitibus eorum coronae aureae. Et de
throno procedebant fulgura, et voces et
tonitrua: et septem lampades ardeentes ante
thronum, qui sunt septem Spiritus Dei.
Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum,
simile crystallo.

¶ Vidi Dominum sedentem super solium
exaltatum et elevatum, et circa, quo sub ipso
erant, replebant templum. ¶ In circuitu
sedis seniores, circumamicti vestimentis
albis. et ca. Apoc. 4.

Lectio II. cap. 5.

Et vidi, et ecce in medio throni et quatuor
animalium, et in medio seniorum agnum
stantem tanquam occisum, habentem
cornua septem et oculos septem, qui sunt
septem Spiritus Dei missi in omnem terram.
Et venit et accepit de dextra sedentis in throno
librum. Et cum aperisset librum, quatuor
animalia, et viginti quatuor seniores cecide-
runt coram agno, habentes singuli citharas,
et psalteria aureas plenas odorum, quae sunt
orationes sanctorum. Et cantabant
canticum novum dicentes: dignus
es, Domine, accipere librum et aperire
libra cula eius: quoniam occisus es, et
redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni
tribu, et lingua, et populo, et natione: et
lecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes,
et regnabimus super terram.

¶ Seraphim clamabant alter ad alterum:
sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus ex-
ercituum: et plena est omnis terra gloria
eius. ¶ Adorate Dominum in monte sancto

cuius: quoniam sanctus Dominus Deus ager.
* plena. ssa. 6. Cf. 38.

Lectio III. cap. 4.

Post hoc vidi turbam magnam, quam di-
numerare nemo poterat, ex omnibus
gentibus et tribubus et populis et linguis,
stantes ante thronum et conspectu agni,
amicti stolis albis, et palmo in manibus
eorum. Et clamabant voce magna dicen-
tes: salus Deo nostro, qui sedet super thro-
num, et agno. Et omnes angeli stabant
in circuitu throni, et seniorum, et quatuor
animalium: et ceciderunt in conspectu
throni in facies suas, et adoraverunt Deum,
dicentes: amen: benedictio et claritas et
sapientia, et gratiarum actio, honor et
virtus et fortitudo Deo nostro in secula
seculorum; amen.

R. Audivi vocem angelorum multorum
in circuitu throni, et animalium et seni-
orum: * et erat numerus eorum millia
millium. V. Millia millium ministra-
bant ei, et decies milles centena millia
assistebant ei. * et erat. apoc. 5. Deu. 7.

Lectio IV.

Et respondit unus de senioribus, et dixit mi-
hi: hi, qui amicti sunt stolis albis, qui
sunt, et unde venerunt? Et dixi illi: Do-
mine mi, tu scis; et dixit mihi: hi sunt,
qui venerunt de tribulatione magna, et
laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas
in sanguine agni. Et ideo sunt ante thro-
num Dei, et serviunt ei die ac nocte in
templo eius: et qui sedet in throno, habi-
tat super illos. et non operientur, neque
sibi amplius, nec cadet super illos sol,

B. A.

neque ullus estus: quoniam agnus, qui in
medio throni est, reget illos, et deducet eos
ad vite fontes aquarum: et absterget Deus
omnem lacrymam ab oculis eorum.

¶ Non erunt in memoria priora, et non
ascendent super eos: sed & gaudebitis et exul-
tabit usque in sempiternum. V. et non ultra
erit, neque luctus, neque clamor, neque
dolor erit ultra. sed. V. gloria. & gaudebitis.
ff. 65. apoc. 21.

In II. nocturno antiphona.

1. Sancti per fidem vicerunt regna, operati
sunt iustitiam, & adepti sunt repromissio-
nes. Heb. 11.

2. Habitabunt in Jerusalem, et anathema
non erit amplius: sed sedebit Jerusalem
secura. Zach. 111.

3. Sedes Dei et agni in illa erunt: & servi
eius servient illi. apoc. 22.

4. Dominus Deus illuminabit illos, & et
regnabunt in secula seculorum. ibid.

5. Letitia sempiterna super caput eorum:
& gaudium et exultationem obtinebunt. ff. 35.

6. Venite benedicti Patris mei: & posside-
te paratum vobis regnum a constitutione
mundi. Matth. 25.

7. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius:

8. Populus, quem elegit in hereditatem filii. ff. 32.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 5. de festo. omn. ss.

Festiva nobis est dies, et inter precipuas
solemnitates hodierna solemnitas numera-
tur. Novimus festivitatem omnium
sanctorum dici et esse, quam hodie celebra-
mus: omnium, inquam, sive caelestium

hic terrenum. Sunt enim sancti de coelo,
 et sunt sancti de terra: Namque eorum, qui
 de terra sunt, quidam adhuc in terra, aliqui
 iam in coelo. Celebratur ergo festivitas
 omnium horum communiter, sed festum
 non uniformiter. Nec modo dico, quia alius
 alio sanctior, sed quod aliter atque aliter
 sanctos divi et vere divi inveniamus. Et
 forte inter angelos atque homines apig-
 nari possit ista diversitas sanctitatis pa-
 riter celebratae. In angelis enim hono-
 randa benignitas Dei, non ad poenitentiam
 adducens, sed abducens ab omnibus, quibus
 poenitentia deberetur; non eripiens a
 tentatione, sed a tentatione conservans.

R. Illuc ascenderunt tribus tribus Domini, 2.

Testimonium Israel, * ad confitendum
 nomini Domini. *V.* ab oriente et occidente
 venient, et recumbent in regno caelorum.

* ad. *Ps.* 121. *Matth.* 8.

Lectio VI.

Aliud sane in his sanctitatis genus, et pro-
 prio modo videbitur honorandum, qui
 venerunt a magna tribulatione: qui post
 multos agones iam nunc triumphant in
 caelis coronati, quoniam legitime certave-
 runt. Estne adhuc sanctorum aliquod ter-
 tium genus? Est, sed occultum. Sunt enim
 sancti, qui adhuc militant, adhuc pugnant,
 currunt adhuc, necdum comprehenderunt.
 Hoc nimirum diversitas appellationis in
 nomine sanctitatis, ut alii quidem iam se-
 cundum consummationem sancti vocentur,
 alii iuxta solam adhuc predestinationem.

R. Redempti a Domino venient in Sion 3.
 cum laude: * et letitia sempiterna super
 capita eorum. *V.* Venientes autem venient

*I. Dominus Deus servos suos.
 Paris.*

nam exultatione, portantes manipulos
 ius. & et. ff. 55. Pf. 125.

Lectio VII.

Ad quid Sanctis laus nostra? ad quid glori-
 ficatio nostra? ad quid nostra haec ipsa
 solemnitas? quo eis terrenos honores, quos
 iuxta veracem Filii promissionem ho-
 norificat Pater caelestis? quo eis praemia
 nostra? Plenius sunt. Profus ita est, di-
 lectissimi! honorum nostrorum Sancti
 non egent, nec quidquam eis nostra devo-
 tione praestatur. Plane, quod eorum me-
 moriam veneramus, nostra interest, non
 ipsorum. Vultis scire, quantum interest
 nostra? Ego in me, fateor, ex hac recorda-
 tione sentio desiderium vehementer inflam-
 mari, ut eorum tam optabili societate
 fruamur, et mereamur convivere et contu-
 bernales esse spirituum beatorum, miseri-
 cordi Patriarcharum, cunctis Prophetarum,
 beatorum apostolorum, Martyrum exerciti-
 bus numerosis, Confessorum collegiis,
 Virginum choris; in omnium denique colli-
 gi et collectari communiione Sanctorum.
 Singulorum quippe recordationes quasi
 scintilla singula, imo quasi ardentissimo
 fauces devoto accendunt animos, ut eorum
 et conspectum stiant et complexum.

R. Gaudelitis et exultabitis in sempiter-
 num: & quia eue ego creo Ierusalem ex-
 ultationem, et populum eius gaudium.

V. Gaudete et exultate, quoniam merces
 vestra copiosa est in caelis. & quia. ff. 65.
Matth. 5.

Lectio VIII.

Ne nobis a duritia cordis nostri. Proptola-
 tur nos eulcsia illa primitivorum, et negli-
 gimus. desiderant nos Sancti, et parvipendimus.

respiciant nos iusti, et dispiciantur. Facite
 mur aliquando, fratres, resurgamus cum Christo,
 quodramus quo sursum sumus: quo sursum sumus
 sapiamus. Desideremus desiderantes nos, prope-
 remus ad prostrantes nos, respiciant nos vobis
 pro occupemus animarum. Ecce nihil in hac
 nostra communione securitatis, nihil perfectio-
 nis, nihil quietis: et tamen hic quoque quam
 bonum et quam iucundum, habitare fratres
 in unum! quidquid enim hic interius sine
 & exterius molestum occurrit, ipse utique tam
 a germanorum consortio fratrum, cum qui-
 bus est nobis cor unum et anima una in deum,
 tolerabilius invenitur. quam dulcius erit,
 quam delectabilior, quam lectior unio, ubi nulla
 suspicio esse poterit, nulla dispersionis occasio,
 ubi omnes perfecta charitas indissolubili foedere
 colligabit!

R. Laudem dicite Deo nostro omnes servitius,
 et qui timebis Deum, pusilli et magni & quo-
 niam regnavit Dominus Deus noster omnipotens:
 & gaudeamus et exultemus, et demus gloriam
 ei. V. Exultate iusti in Domino, rectos decet
 collaudatio. & quoniam. V. gloria. & gaudeamus.
 apoc. 19. Ps. 92.

In III. Nocturno.

Ant. Vidi in caelo eos, qui vicerunt bestiam,
 et imaginem eius, habentes citharas Dei.
 et cantantes canticum Moysi servi Dei et can-
 ticum agni. apoc. 15.

Canticum I. Deut. 33.

Dominus de Sinai venit, & et de Sina ortus
 est nobis.
 Apparuit de monte Opharan, & cum eo Sancto-
 rum millia.
 Omnes Sancti in manu illius fuerunt: & et qui

appropinquant pedibus eius, accipient
de doctrina illius.

Hi custodierunt eloquium tuum, et pac-
tum tuum seruaerunt.

Indicia tua o Jacob, et legem tuam
Israel.

Non est deus alius, nisi deus rectissimi: et ascen-
sor caeli auxiliator tuus.

Magnificencia ^{eius} discurrunt ~~celis~~ nubes, habi-
taculum eius sursum; et subter brachia
sempiterna.

Deus es tu Israel, et quis similis tui, popule,
qui saluaris in Domine?

Solum auxilii tui, et gladius gloriae tuae.

Canticum II. apoc. 14. 15. 16.

Timete Dominum, et date illi honorem; et
quia venit hora iudicii eius.

Donate eum, qui fecit caelum et terram, et ma-
re et fontes aquarum.

Magna et mirabilia sunt opera tua Domi-
ne Deus omnipotens: et iusta et uera
sunt uis tua Rex saeculorum.

Quis non timebit te Domine, et magnificabit
nomen tuum? et quia solus pius es.

Quoniam omnes gentes uenient, et adorabunt
in conspectu tuo: et quoniam iniuria tua
manifesta sunt.

Iustus es Domine, qui es et qui eras sanctus: et
qui haec iniurasti.

Canticum III. apoc. 19.

Salus et gloria et uirtus Deo nostro est; et
quia uera et iusta iniuria sunt eius.

Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: et
et qui timebit eum pusilli et magni.

Quoniam regnauit Dominus Deus noster

omnipotens: & gaudeamus et exultemus,
et demus gloriam ei.

Quia venerunt nuptiis agni, & et uxor eius
preparavit se.

Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splen-
denti et candido: & byssinum enim iustifi-
cationes sunt sanctorum.

Ant. Vidi in caelo eos, qui vicerunt bestiam
et imaginem eius, habentes ichtharas Dei; &
et cantantes canticum Moysi servi Dei, et
canticum agni. apoc. 15.

V. Letamini iusti in Domino.

R. Et confitemini memoria sacrificatio-
nis eius. Ps. 95.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Ephesios. cap. i.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu
Christi, qui benedixit nos in omni benedictio-
ne spiritali in caelestibus in Christo; sicut
elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,
ut essemus sancti et immaculati in conspectu
eius in charitate. qui predestinavit nos in
adoptionem filiorum per Iesum Christum
in ipsum, secundum propositum voluntatis
sue, in laudem glorie gratie sue, in qua
gratificavit nos in dilecto Filio suo.

R. Gratias tibi agimus tibi Domine Deus
omnipotens, qui es, et qui eras, et qui ven-
turus es: & quia regnasti, et advenit tem-
pus reddere mercedem servis tuis et sanctis.

V. Confiteantur tibi Domine omnia
opera tua: et sancti tui benedicant tibi.

* quia. apoc. 11. Ps. 144.

Lectio X.

In quo habemus redemptionem per sanguinem
 eius, remissionem peccatorum secundum di-
 vitias gratie eius, que superabundavit in no-
 bis, in omni sapientia et prudentia: ut non un-
 fueret nobis sacramentum voluntatis sue,
 secundum beneplacitum eius, quod proposuit
 in eo: in dispensatione plenitudinis tempo-
 rum instaurare omnia in Christo, que in
 celis et que in terra sunt in ipso: in quodiam
 et nos sorte vocati sumus, predestinate se-
 cundum propositum eius, qui operatur
 omnia secundum consilium voluntatis
 sue: ut simus in laudem glorie eius nos,
 qui ante speravimus in Christo.

R. Redemisti nos deo in sanguine tuo, ex
 omni tribu, et lingua, et populo, et ratio-
 ne: et fecisti nos deo nostro regnum et sa-
 cerdotes, et regnabimus. V. Dux fuisti in
 misericordia tua populo quem redemisti:
 et portasti eum in fortitudine tua ad habi-
 taculum sanctum tuum. et fecisti. apoc. 5.
 Rev. 15.

Lectio XI. cap. 2.

Deus, qui dives est in misericordia, propter
 nimiam charitatem suam, qua dilexit nos,
 et cum essemus mortui peccatis, convivifica-
 vit nos in Christo (cuius gratia estis salvati)
 et conresuscitavit, et confedere fecit in castri-
 bus in Christo Iesu: ut ostenderet in seculis
 supervenientibus abundantes divitias gra-
 tie sue in bonitate super nos in Christo Iesu.

R. Repleti sumus misericordia tua Domine,
 et exultavimus, et delectati sumus pro die-
 bus, quibus nos humiliasti, annis quibus
 indimus mala. V. Momentaneum et leve
 tribulationis nostre supra modum in sublimi-

F: et letati sumus

late aeternum gloriae pondus operatur
in nobis. & cetera. Ep. 89. 2. Cor. 4.

Lectio XII. cap. 5.

Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri
Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in
caelis et in terra nominatur, ut det nobis
secundum divitias gloriae suae, virtute conso-
borari per Spiritum eius in interiorum
hominem, Christum habitare per fidem
in cordibus vestris: in charitate radicati
et fundati, ut possitis comprehendere cum
omnibus Sanctis, quae sit latitudo et
longitudo, et sublimitas et profundum,
scire etiam supereminentem scientiae cha-
ritatem Christi, ut impleamini in om-
nem plenitudinem Dei. Si autem, qui
potens est omnia facere superabundanter
quam petimus, aut intelligimus, secun-
dum virtutem, quae operatur in nobis,
ipsi gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu
in omnes generationes seculi seculo-
rum: amen.

R. Dignus es Domine Deus noster, acci-
pere gloriam, et honorem, et virtutem:
& quia tu creasti omnia, et propter
voluntatem tuam erant, et creata sunt.
V. Benedictus es in throno regni tui:
et super laudabilis, et super exaltus in
secula. & quia. V. Gloria. & quia. apoc. 9.
Jan. 5.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 8.

In illo tempore: videns Iesus turbas, af-
cendit in montem, et cum sedisset, acce-
runt ad eum discipuli eius, et aperiens

sum dorebat eos dicens: Beati pauperes
spiritu, quoniam ipsorum est regnum cae-
lorum. Beati milites, quoniam ipsi propi-
debunt terram. Beati qui lugent, quoniam
ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et
stintitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
Beati misericordes, quoniam ipsi misericor-
diani consequentur. Beati mundo corde, quo-
niam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici,
quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui
persecutionem patiuntur propter iusti-
tiam, quoniam ipsorum est regnum caelo-
rum. Beati estis, cum maledixerint vobis,
et persecuti vos fuerint, et dixerint omne
malum adversum vos mentientes, propter
me. gaudete et exultate: quoniam merces
vestra copiosa est in caelis.

Oratio ex Matutinis.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

1. Agnus Dominus dominorum est, et rex
regum: * et qui cum illo sunt, vocati,
electi, et fideles. apoc. 17.
2. Laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas
in sanguine agni: * ideo sunt ante thro-
num Dei. apoc. 7.
3. Iusti fulgebunt sicut sol * in conspectu
Patris eorum. Matth. 13.
4. ad cant. Benedicite Dominum omnes e-
lecti eius: * agite dies letitiae, et confi-
temini illi. Job. 13.
5. Hymnus omnibus Sanctis eius, filiis Is-
rael, populo appropinquanti sibi: *
gloria haec est omnibus Sanctis eius. Ps. 148. 149.

Letitio apoc. 5.

Prop. de Sanctis. 27.

209.

B.A.

Omnia creaturam, quo in caelo est, et
super terram, et sub terra, et quo sunt in
mari, et quo in eo, omnes audiri dicentes:
Sedenti in throno et agno benedictio et honor,
et gloria, et potestas in secula seculorum.

R. Or. Benedicite Domino & omnes sanctificis:
V. Et confitemini memorie sanctitatis eius. Ps. 29.

Hymnus clun. Sanct.

1. Hymnis dum resonat curia caelorum,
Hic flemus, patriis finibus exules: &
Hic suspensa tenemus
Mitis cantibus organa.

2. Quando mens misero libera carcere
Se vestris sociam caelibus miseret? &
Et caligine pulsa
Coeli lucem habitabimus?

3. Obscuro fugient mentis imagines,
Cum stantes propius luminis ad iubar &
Nos verum sine nube
Ipso in fonte videbimus.

4. Nobis sancta cohors sis bona, fluctibus,
Luctantes mediis quos modo respiciis: &
Da portus, duce christo,
Da contringere prosperos.

5. A quo cuncta fluunt, maxima laus patri:
Qui mundum reparat, maxima Filio: &
Et quo pectora flagrant,
Sic laus maxima Flavini. amen.

V. Vox exultationis et salutis:

R. In tabernaculis iustorum. Ps. 117.

Ad Bened. ant. Benedicite Dominum
omnes religiosi Domino Deo deorum: &
laudate et confitemini ei; quia in omnia
secula misericordia eius. Jan. d.

Omnipotens sempiternus Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuis celebritate venerari proficimus; ut desideratam nobis tuo propitiacionis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio. Dan. 7.

Eae cornu bestis, faciebat bellum adversus sanctos, et prevalerat eis; donec venisset antiquus dierum: et iudicium dedit Sanctis Excelsi; et tempus advenit, et regnum dominaverunt Sancti.

V. Sancti tui Domine benedicant tibi:

R. Gloriam regni tui dicant. Ps. 124.

Ad Sextam. Lectio. Isa. 65.

Exultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo: et non audietur in eo ultra vox fletus, et vox clamoris: dicit Dominus.

V. Exultabunt sancti in gloria:

R. Letabuntur in cubilibus suis. Ps. 124.

Ad Nonam. Lectio. 1. Cor. 2.

Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quo preparavit Deus iis, qui diligunt illum.

V. Inebriabuntur ab ubertate domus tua:

R. Efforrente voluptatis tue potabis eos. Ps. 55.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio Ephes. 1.

Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloria et vobis Spiritum sapientie, et revelationis in agnitione eius, illuminatos oculos

cordis vestri: ut scialis, quo sit spes vocationis
eius, et quo divitiis gloria hereditatis eius
in sanctis.

Ps. lxxviii. Latentur in te omnes, * qui sperant
in te Domine:

V. In eternum exultabunt, et habitabis
in eis. Ps. lxxviii.

Hymnus: Coelo quos eadem. ex Vigiliis.

V. Apud te Domine est fons vite.

R. Et in lumine tuo videbimus lumen. Ps. lxxviii.

Ant. Magnif. ant. Filii Sanctorum sumus,
et vitam illam expectamus, * quam Deus
daturus est his, qui fidem suam nunquam
mutant ab eo. Job. 2.

Et sit commemoratio sequentis, nisi sit
Sabbatum hodie.

Ant. Morietur anima mea morte iusto-
rum: * et fiant novissima mea horum
similia. Num. 23.

V. Ne perdas cum impiis Deus animam meam.

R. Et cum viris sanguinum vitam meam. Ps. 25.

Oratio Sacr. gelas.

Fidelium Deus omnium conditor et redemp-
tor, animabus famulorum famularumque
tuarum remissionem peccatorum tribue
peccatorum: ut indulgentiam, quam semper
optaverunt; piis supplicationibus conse-
quantur. Qui vivis et regnas cum Deo
Patre in unitate.

Vito Benedicamus in vesp. dicuntur ves-
pero defunctorum per modum duplicis,
de communi, cum oratione Fidelium.

et. Si cras occurrat Dominica, vespere de-
functorum dicuntur altera die, et festum
sequens transferitur in feriam secundam.

Die II. Novembris,

2/3.

Commemoratio omnium fidelium
defunctorum.

Duplex maius. jr. lect.

Ad Vigiliis nocturnas.

Invit. Iesum Christum, qui est primogeni-
tus mortuorum: * venite adoremus. apoc. i.
Psalmi dicuntur cum gloria, quia offi-
cium non est pro mortuis.

Hymnus Clau. Sant.

1. Festos triumphos caelorum

Feralis excepit dies: *

Et longa quos oblivio

Bremis sepultos, exhibet.

2. Letis inual pro cantibus

Audire feralem tubam: *

Quae sub sepulcris mortuos

Coelo recludet hospites.

3. Tunc mors inermis et tremens

Surdis ab antris audiet: *

Et iuxta reddet lumini

Defuncta luce corpora.

4. Ruent ab alto sidera,

Oberna nox lunam premet: *

Lux deseret solem suum,

Et cuncta miscebit chaos.

5. Turbata clade publica

clatura dissipabitur: *

Suis soluti legibus

Quum pentur orbis cardines.

6. Flamis rubens ultricibus

Gras Dei caelum pluet: *

Tellus suo quo pondere

Immota stat, movebitur.

7. Fac, Christe, quando splendida

De nube iudex veneris: *

Furore oblitus tui,
de nos nocentes punias. amen.

¶ I. clachurno an tiphono.

1. In furore multus vesceris pane, donec
revertaris in terram, de qua sumtus es: *
quia pulvis es, et in pulverem rever-
teris. Gen. 3.

2. Per unum hominem peccatum in hunc
mundum intravit, * et per peccatum
mors. Rom. 5.

3. In omnes homines mors pertransiit, *
in quo omnes peccaverunt. ibid.

4. Scio, quia morti trades me * ubi constituta
est domus omni viventi. Job. 30.

5. Breves anni transeunt: * Assimilam, per
quam non revertar, ambulo. Job. 16.

6. Dies mei velociore fuerunt cursore: * pertran-
sierunt quasi naues poma portantes. Job. 9.

7. Homo vanitati similis factus est:

8. Dies eius sicut umbra pretereunt. Ps. 143.

Lectio I.

De libro Eclesiastici. cap. 4.

Quid necesse est homini maiora se querere,
cum ignoret, quid conducat sibi in vita sua
numero dierum peregrinationis sue, et
tempore, quod velut umbra preterit: aut
quis ei poterit indicare, quid postea futurum
sit sub sole sit? Melius est ire ad domum
luctus, quam ad domum convivii: in illa
enim finis cunctorum admonetur homi-
num, et vivens cogitat, quid futurum sit.
Confidera opera Dei, quod nemo potest arigere,
quem ille deprexerit. In die bona flere bonis,
et malam diem precave: sicut enim hanc, si
et illam fecit Deus, ut non inveniat homo
contra eum iustas querimonias.

¶ Tacet animam meam vito meo, dimittam
adversum me eloquium meum: * loquat in

in amaritudine animae meae. U. Tediuit animam meam
vultu meo, videntem universa mala operis
sub sole; et cuncta vanitatem et afflictionem
spiritus. * Capitulum. Job. 10. Ecce. 2.

Lectio II. cap. 9.

Sunt iusti atque sapientes, et opera eorum in
manu Dei: et tamen nescit homo, quantum amore
re odio dignus; sed omnia in futurum servantur
in certa. Nemo est, qui semper vivat, et qui huius
rei habeat fiduciam: viventes enim sciunt, se esse
mortuos; mortui vero nihil norunt. Am-
plius, nec habent ultra mercedem, quia obli-
vioni tradita est memoria eorum. quodcumque
taceret potest manus tua, instanter operare:
quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec
scientia erunt apud inferos, quod tu prosperas.
Nescit homo finem suum: sed sicut pisces ca-
piuntur hamo, et sicut aves laqueo compre-
henduntur, sic rapiuntur homines in tempo-
re malo, cum eis ex templo supervenerit.

9. Breves dies hominis sunt, et numerus men-
surum eius apud te est: et constituisti terminos
eius, qui proterire non poterunt. 10. Ecce non
mirabiles posuisti dies meos, et substantia mea
tamquam nihilum ante te. * constituisti.

Job. 14. Ps. 38.

Lectio III. cap. 11.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas,
quia post tempora multa invenies illum:
da partem septem nec novem octo, quia igno-
ras, quid futurum sit mali super terram.
Si repleto fuerint nubes, in hanc super terram
effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut
ad aquilonem, in quo cumque loco ceciderit,
ibi erit. Et nunc semina semen tuum, et ves-
tere ne cesset manus tua: quia nescis, quid
magis orietur, hoc aut illud; et si utrumque
simul, melius est. Si annis multis miseris fueris,
et in his omnibus laboraveris fueris, meminisse

debet tenebrosi temporis, et dierum multorum:
qui cum venerint, vanitatis arguentur
preterita.

R. Ante obitum tuum operare iustitiam; &
quoniam non est apud inferos invenire cibum.
V. Bonum facientes non deficiamus, et dum
tempus habemus, opere mur bonum. & quoniam.
Ecl. 11. gal. 6.

Lectio IV. cap. 12.

Memoro creatoris tui in diebus iuventutis
tuas, antequam veniat tempus afflictionis,
et appropinquent anni, de quibus dicas:
non mihi placeat; antequam tenebrescat
sol, et lumen, et luna et stella, et revertantur
nubes post pluviam: quando commovebuntur
custodes domus, et instabunt viri fortissimi,
et otiose erunt molentes in minuto numero,
et tenebrescant videntes per foramina. Excessa
quoque timebunt, et formidabunt in via, fla-
rebit amygdalus, impinguabitur locusta,
et dissipabitur capparitis: quoniam ibit homo
in domum aheritatis suae, et circumibunt in
platea plangentes: antequam rumpatur
funiculus argenteus, et recurrat villa aurea,
et conteratur hydria super fontem, et confin-
gatur rota super cisternam, et revertatur
pulvis in terram suam unde erat, et spiritus
redeat ad Deum, qui dedit illum.

R. Exibat spiritus eius, et revertetur in
terram suam: & in illa die peribunt omnes
cogitationes eorum. *V.* Miserabilis profus
infirmitas: ~~perdeceat~~ quomodo venit,
si revertetur: quid ergo prodest ei, quod la-
boravit in ventum? & in illa. *V.* gloria. &
in illa. *Ps.* 115. *Ecl.* 5.

In II. nocturno antiphona.

P. A.

1. Omnia pergunt ad unum locum: & de terra facta sunt, et in terram pariter revertentur. Eule. 3.
2. Non est in hominis potestate prohibere spiritum: & nec habet potestatem in die mortis. Eule. 8.
3. Militia est vita hominis supra terram, & et sicut dies mercenarii dies eius. Job. 7.
4. Sicut consumitur nubes et pertransit: & sic qui descenderit ad inferos, non ascendet. ibid.
5. Non revertetur ultra in domum suam: & nec cognoscat eum amplius locus eius. ibid.
6. Libera me Domine, et pone me iuxta te: & et cuiusvis manus pugnet contra me. Job. 17.
7. In medio umbrae mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es. Ps. 22.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 172. De verb. apost.

Umonet nos beatus apostolus, ut de dormientibus, hoc est, mortuis charissimis nostris, non contristemur, sicut et ceteri qui spem non habent, spem scilicet resurrectionis et incorruptionis eterne. Nam ideo et dormientes eos appellat scriptura veracissima consuetudo, ut cum dormientes audimus, evigilantes minime speremus. Unde etiam cantatur in psalmo: unquid qui dormit, non adiciet ut resurgat? Ergo de mortuis, qui diliguntur, quodam instinctu quodammodo naturalis. Mortem nippe horret, non opinio, sed natura. Nec nos homini auideret, nisi ex poena quam receperat culpa. Quapropter si animalia, cum sit creata sunt, ut suo quoque tempore moriantur, mortem fugiunt, diligunt vitam. Quanto magis homo, qui sit fuerat creatus, ut si vivere sine peccato voluisset, sine termino viveret? Atque itaque necesse est, ut tristis simus, quando nos moriendo deserunt, quos

amamus: quia etsi novimus eos non in infernum relinquere nos mansuros, sed aliquantum procedere seculos: tamen mors ipsa, quam natura refugit, cum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Hec non ad monuit apostolus, ut non contristemur; sed non sicut ceteri, qui spem non habent.

R. In mortuum producit lacrymas, et non despicias sepulturam illius: & amare fer luctum illius uno die, et consolare propter tristitiam. V. De dormientibus non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent. & amare. Ecl. 38. j. Thep. 4.

Lectio VI.

Contristamus ergo nos in nostrorum moribus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat divina promissio. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulture, monumentorum opulenta constructio, vivorum sunt qualia amque solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sancta eulogia, et sacrificio salutari, et elemosynis, pro eorum spiritibus eragantur, non est dubitandum mortuos adjuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a Patribus traditum universa observat eulogia, ut pro eis, qui in corporis et sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oratur, ac pro illis quoque id offerri commemoratur. Cum vero eorum commendandorum

219.
causa opera misericordie celebrantur, quis
eis dubitet suffragari, pro quibus orationes
Deo non inaniter allegantur?

R. Gratia datur in conspectu omnis viventis,
et a mortuo non prohibeas gratiam: & non
defis plorantibus in consolatione, et cum
lugentibus ambula. V. Panem tuum
et vinum tuum super sepulchram iusti
confutue. & non defis. Euli. 7. Job. 4.

Leclio VII.

Non omnino ambigendum est, ista prodepe
defunctis, sed talibus, qui ita vixerint ante
mortem, ut possint eis hoc utilia esse post
mortem. Nam qui sine fide, quo per dilec-
tionem operatur, eiusque sacramentis de
corporibus exierunt, frustra illis a suis
huiusmodi pietatis impendantur officia,
cuius, dum huius operant, pignore caruerunt,
vel non suscipientes, vel in vacuum susci-
pientes Dei gratiam, et sibi non misericor-
diam thesaurizantes sed iram. Non ergo
mortuis nova merita comparantur, cum
vero eis boni aliquid impendantur sui, sed
eorum precedentibus consequentia ista
redduntur. Non enim actum est, nisi cum
huiusmodi viverent, ut eos hoc aliquid adiuverent,
cum huius vivere destitissent. Et ideo istam
liniens quisque vitam, nisi quod meruit
in ipsa, non poterit habere post ipsam. Ber-
mittantur itaque pia corda carorum de-
inorum mortibus contristari dolore sa-
labili, et consolabiles lacrymas fundant
conditione mortali, quas cito reprimat
dei gaudium, qua creduntur fideles,
quando moriuntur, paululum a nobis
abire, et ad meliora transire.

R. In requie mortui requiescere fac memoriam eius: & consolare illum in exitu spiritus sui. V. Modicum plora super mortuum, quoniam requievit. & consolare. Ecdi. 38. et 22.

Lectio VIII.

Consolentur eos etiam fraterna obsequia, sive quo funeribus exhibentur, sive quo dolentibus adhibentur, ne sit infamia quarela dicentium: Justitiam qui simul contristaretur, et non fuit; et consolantes, et non inveni. Sit pro viribus cura sepeliendi et sepulera construendi, quia et hoc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus patriarcharum aliorumque sanctorum, et humanis cadaveribus quorum cunque iacentium; verum etiam in ipsius Domini corpore predicati atque collaudati sunt, qui ista fecerunt. Impleant hoc homines erga suos officia postremi muneris, et sui humani lenimenta mororis. Verum illa, que adjuvant spiritus defunctorum, oblationes, orationes, erogationes, multis precibus observantius instantius, abundantius impendant, qui suos carne, non spiritu mortuos, non solum carnaliter sed etiam spiritaliter amant.

R. Memento vinctorum tamquam simul vincti, et laborantium, tamquam et ipsi in corpore morantes: & educite de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. V. Illos salvate de igne rapientes: alios autem miseremini in timore. & educite. V. Gloria. & educite. Hebr. 10. Isa. 42. Jude v. 20.

Ant. Misere nostri Domine: & quia peccavimus ante te. Baruch. 3.

Canticum I. Baruch. 2.

Domine Deus Israel, peccavimus, in pie egimus, inique fecimus & in omnibus iustitiis tuis.

Revertatur ira tua a nobis: & quia derelicti sumus.

Exaudi Domine preces nostras et orationes nostras, & adue nos propterea: et da nobis inuenire gratiam.

Ut sciat omnis terra: & quia tu es Dominus Deus noster:

quia nomen tuum invocatum est super Israel, & et super genus ipsius.

Canticum II. ibid.

Respice Domine de domo sancta tua in nos: & et inclina aurem tuam, et exaudi nos.

aperi oculos tuos, et vide: quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus accipitur est a visceribus piis, & dabunt honorem et iustificationem Domino:

sed anima, quo tristis est super magnitudine mali, et incedit curua et infirma, & et oculi deficientes et anima esuriciens dat tibi gloriam et iustitiam Domine.

Canticum III. ibid. 3.

Nunc Domine omnipotens, Deus Israel: anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te.

Miserere Domine et miserere, quia Deus es misericors, et miserere nostri: & quia peccavimus ante te. quia tu seves in sempiternum, & et nos peribimus in evum?

Domine Omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel: & et filiorum ipsorum, qui peccaverunt ante te.

Noli meminisse iniquitatum (nostrarum): & sed
memento manus tuas, et nominis tui in
tempore isto.

Quia tu es Dominus Deus noster, & lauda-
bimus te Domine.

Ant. Misere nostri Domine: & quia peccavi-
mus ante te. Bar. 3.

V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi:

R. Et animas pauperum tuorum ne obli-
scaris in finem. Ps. 73.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Corinthios. cap. 15.

Si Christus predicatur, quod resurrexit a
mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis,
quoniam resurrectio mortuorum non est?
Si autem resurrectio mortuorum non est,
neque Christus resurrexit. Si autem Christus
non resurrexit, inanis est ergo predicatio
nostra, inanis est fides vestra: invenimus
autem et falsi testes Dei, quoniam testimo-
nium diximus adversus Deum, quod susci-
tavit Christum; quem non suscitavit, si mor-
tui non resurgunt. Nam si mortui non re-
surgunt, neque Christus resurrexit. Quod si
Christus non resurrexit, vana est fides vestra;
adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et
qui dormierunt in Christo, perierunt.

R. Scio, quod Redemptor meus vivit, et in no-
visimo die de terra surrecturus sum: & et
in carne mea videbo Deum meum. V. Scio
cui credidi, et certus sum, quia potens est
depositum meum servare in illum diem.
& et in. Job. 19. 2. Tim. 1.

Lectio X.

Si in hac vita tantum in Christo sperantes
sumus, miserabiliores sumus omnibus

hominibus. Et tunc autem Christus resurrexit
a mortuis, primitiis dominicis. quoniam
quidem per hominem mors, et per hominem
resurrectio mortuorum. Et sicut in adam
omnes moriuntur, ita et in christo omnes
vivificabuntur. Unusquisque autem in suo
ordine. Primitiis christus. Deinde ii, qui sunt
christi, qui in adventu eius crediderunt. Tunc
et finis, cum tradiderit regnum deo et patri,
cum eva cuaverit omnem principatum, et
potestatem, et virtutem.

¶ Omnes, qui in monumentis sunt, audiant
vocem Filii Dei: et ꝑ procedent, qui bona
ecerunt, in resurrectionem vite, qui vero
mala egerunt, in resurrectionem iudicii. ¶
Huc mysterium vobis dico; omnes quidem
resurgemus, sed non omnes immutabimur.
¶ procedent. Joan. 5. j. Cor. 15.

Lectio XI.

Sed dicat aliquis: quomodo resurgunt mor-
tui, qualiter corpore venient? Insipiens,
in quod seminas, non vivificatur, nisi prius
moriatur: et quod seminas, non corpus, quod
biturum est seminas, sed nudum granum,
et puta tritici, aut alicuius ceterorum;
Deus autem dat illi corpus sicut vult,
et unicuique seminum proprium corpus.
Non omnis caro eadem caro, sed alia qui-
dem hominum, alia vero pecorum, alia
volucrum, alia autem piscium. Et cor-
pora coelestia et corpora terrestria; sed
alia quidem coelestium gloria, alia autem
terrestrium. alia claritas solis, alia clari-
tas lune, alia claritas stellarum; stella
enim a stella differat in claritate. Sic et
resurrectio mortuorum. Seminatur in
corruptione, surget in incorruptione; seminatur

in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.

R. Qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt: & alii in vitam eternam, et alii in opprobrium, ut videant semper. *V.* Concl. tuba, et mortui resurgent incorrupti.
* alii in. Dan. 12. 1. Cor. 15.

Lectio XII.

Eae mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti; et nos immutabimur. oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria. ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, pacifici estote et immobiles, abundantes in opere Domini semper, sicut et quod labor vester non est inanis in Domino.

R. Communionem mortis scito: & pacem in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis.

V. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua: et in eternum non peccabis. & quoniam. *V.* gloria. & quoniam. Sali. g. 147.

Sequentia Sancti Evangelii
secundum Joannem. cap. 5.

P. A.

In illo tempore: Dixit Jesus Judæis: Amen, amen dico vobis, quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso: et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. et nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphono.

1. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; et eum, qui venit ad me, non eieciam foras. Joan. 6.
2. Sicut Pater suscitavit mortuos, et vivificavit: et sic et Filius, quos vult, vivificavit. Joan. 5.
3. Amen, amen dico vobis, quia mortui audient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent. ibid.
4. Memor esto, quoniam mors non tunc datur: et testamentum inferorum, quia monstratum est tibi. Ezai. 14.
5. ad Laudes. Expergiscimini et laudate, et qui habitatis in terra pulvere. Isa. 26.

Lectio 2. Cor. 5.

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum.

R. br. Potestas Dei est, & est tibi Domine misericordia:

V. Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Ps. 61.

Hymnus Cun. Sant.

1. O plenus irarum dies,

Dies furoris ultimi: &

Qua stabit immutabilis

Delecta fors mortalibus.

2. Reos trementes obruet

Tremenda maiestas Dei: &

Benas ferentem iudices

Quis sustinebit iudicem?

3. Scriptus notis fatalibus

Hic explicabitur liber: &

quod ante commisum fuit,

Hoc lance ponderabitur.

4. Quod multa nox celaverat,

Pleno patebit lumine: &

Et conscius sibi reus

In se feret sententiam.

5. O quis relictum me mihi

gloriae die tuebitur? &

Pro me loqui quis audeat,

Totum reclamant crimina?

6. Tunc Christe sis placabilis,

Oppone te totum tibi: &

vetoris exarment manus

Suscepta pro me vulnera.

7. Jesu tuo vel nomine

qui praedicas clementiam, &

Gratiam viventibus,

Et da quietem mortuis. amen.

V. Si iniquitates observaveris Domine,

R. Domine quis sustinebit? Ps. 129.

Ad Penit. ant. Estote parati, quia, quia, quia
nescitis hora, Filius hominis venturus
est. Matth. 24.

Est commemoratio octavae, ut in die.

Oratio Saur. Leon.

Deus, qui Ecclesiam tuam in numeris sanc-
torum patrocinis et glorificas et tuas:
prosta, ut quorum celebrat conventum;
experiat devota suffragium. Per Dominum.

Udicitur quotidie infra octavam.

Hodie dicuntur integro vigilia defunctorum,
prout habentur in appendice breviarii,
ritu duplici, cum oratione Tevelum Deus.

Ad Tertiam. Lectio j. Cor. 15.

Per hominem mors, et per hominem re-
surrectio mortuorum: Et sicut in Adam
omnes moriuntur, ita et in Christo omnes
vivificabuntur.

V. Deus tu conversus vivificabis nos:

R. Et plebs tua letabitur in te. Ps. 84.

Ad Sextam. Lectio apoc. 14.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur:
amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant
a laboribus suis, opera enim illorum se-
quuntur illos.

V. Convertere anima mea in requiem tuam:

R. Quia Dominus benefecit tibi. Ps. 114.

Ad Nonam. Lectio Ecli. 41.

Noli me timeere iudicium mortis: memento,
quis ante te fuerunt, et quo superventura
sunt tibi: hoc iudicium a Domino omni
carni: et quid superveniet tibi in beneplacito
aeterni!

V. Caro mea requiescat in spe:

R. Quoniam non derelinques animam meam
in inferno. Ps. 16.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio. i. Ihes. 4.

Mortui, qui in Christo sunt, resurgent pri-
mi; deinde nos qui vivimus, qui relinqui-
mur, simul rapiemur cum illis in nubi-
bus obviā in Christo in aera; et sic semper
cum Domino erimus.

R. br. Crede videre bona Domini & in terra
viventium.

V. Cantabo, et psalmum dicam Domina. Ps. 26.

Hymnus Clem. Soub.

i. Jesu memento quod volens,

Pro me cruce[m] conscenderis: *

Quo[rum] d[omi]na passus corpore,

Tormenta non sunt irrita.

2. Delila, si non flebilis

Delere nostris possumus, *

Hac tu tuo potentior

Dele efficac[i] sanguine.

3. Si iudicem non exuas,

Qua te movebimus praec? *

Benignus in natos Vater

Flecti bonus nunc incipe.

4. Quo, quanta, quam gravis dies,

O vindicis dies Dei! *

Ubi sedebit arbiter,

Qui punit et qui loquitur est.

5. Offensus ultor diceris,

Bunire scis ut parcere: *

et tunc ure, sori, nunc scis

Hac cum die peperceris.

C. Jesu, tuo vel nomine

Qui prodicas clementiam: *

Lagratiā viventibus,

Et da quietem mortuis. amen.

V. Educ de custodia animam meam ad
confidendum nomini tuo:

R. Me expectant iusti, donec retribuas
michi. Ps. lxxi.

Ad Magnif. ant. Timenti Dominum bea-
erit in extremis: & et in die defunctionis
sue benedicetur. Eul. j.

Et fit commemoratio octavo vel in festo,
oratio vel supra: postea S. gilda vidua de
comuni.

Oratio Paris.

Deus, in quem sperat omnis anima, quo lon-
ge a te exulans in terris se vere viduam
sentit ac desolatam: tribue nobis quesu-
mus; ut exemplo beate gilda nocte ac die
obsecrationibus et orationibus instantes,
coelestium consolationum mereamur
esse participes. Per Dominum.

Die III. Novembris.

De octava omnium Sanctorum.

Duplex es. lect.

Officium fit vel in festo, proter sequentia.

Antiphona et v. nocturnorum de psalterio.

In I. et nocturno.

V. Inebriabuntur ab ubertate domus tue:

R. Et torrente voluptatis tuo potabis eos. Ps. xxxv.

Lectio III:

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c.

Apparebit caput gloriosum, et cum eo mem-
bra glorificata fulgebunt, cum videlicet
reformabit corpus humilitatis nostre con-
figuratum glorie capitis, quod est ipse.
Hanc ergo gloriam tota et tuta ambitione
concupiscamus, ne forte audiamus et nos:
quia gloriam, quo ab invicem est, queritis,
et gloriam, quo a solo Deo est, non vultis.
Saneulcam sperare nobis liceat, et ad
tantam beatitudinem aspirare, summo opere
nobis desideranda sunt suffragia quoque

Sanctorum: ut quod populi libertas nostra non
obtinet, eorum nobis intercessionem donetur.
Misereamini mei, misereamini mei, saltem
uos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum,
nostis figmentum nostrum, nostis ignorantiam
nostram et dolos adversariorum: nostis
eorum impetum et nostram fragilitatem.
Vobis enim loquor, qui in eadem tentamine
fuitis; qui eodem superastis conflictibus, eos-
demque laqueos evasistis; qui didicistis ex his,
quo populi estis, compassionem. Confido equidem
et de angelis, quod accipere suam visitare spe-
ciem dedignentur. Ceterum esse de eis mihi
arbitror presumendum ob spiritualis sub-
stantie et rationalis forme similitudinem:
ampliori tamen fiducia ad eos mihi recor-
utendum, quos habere me noverim et in
ipsa humanitate confortes, ut oporteat eos
familiarius et specialius misereri opide
obitus suis, et carni de carne sua.

R. Beati qui habitant in domo tua Domi-
ne, in secula seculorum laudabunt te.

V. Reddam populis labium electum, ut
invoceat omnes in nomine Domini. *Am.*

V. Gloria. *in secula. Ps. 83. Soph. 3.*

In II. et octavo.

Letitio. Hebr. 12.

Acceptistis ad Sion montem et civitatem
Dei viventis, Ierusalem caelestem, et mul-
torum millium angelorum frequentiam,
et dulcesiam primitivorum, qui conspici-
sunt in caelis, et iudicem omnium Deum,
et spiritus iustorum perfectorum.

V. Letamini iusti in Domino.

R. Et confitemini memoria sanctifica-
tionis eius. *Ps. 96.*

Oratio sacra. Leon.

Concede, quosumus, omnipotens Deus: ad
eorum nos gaudia eterna pertingere; de
quorum nos virtute tribuis annua plen-
nitale gaudere. Per Dominum.

Ad Natalinas fil. commemoratio. f. 126
vidue, de communi; oratio ut supra.

Ad vesperas commemoratio S. Vitalis
et Agricola et M. de communi.

Oratio Paris.

Deus, cuius gratia sancti martyres Vitalis
et Agricola mundi nec blanditiis nec terro-
ribus devicti sunt: da nobis; ut te solum
diligentes prospera mundi simul et adversa
despiciamus. Per Dominum.

Die IV. Novembris.

De octava omnium Sanctorum.

Duplex S. lect.

In I. nocturno.

V. Beati omnes, qui timent Dominum.
R. Qui ambulavit in viis eius. Ps. 127.

Lectio III.

De sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c.

Sancti transeuntes ex hoc mundo ad gla-
riam sancta nobis pignora reliquerunt.
Apud nos siquidem corpora eorum in pace
sepulta sunt, quorum nomina vivunt
in seculum, id est, quorum nunquam
gloria sepelitur. Absit, absit a vobis, anime
sancte! Egyptia illa crudelitas pincerna
Pharaonis, qui in gradum pristinum resti-
tutus, statim oblitus est Joseph sancti, qui
in carcere tenebatur. Non enim erant uni-
us capitis membra, nec aliqua pars fidei-
um infideli. Nos (vero) si non sumus
ipsius capitis membra, cuius et Sancti,
unde eis tam solemnitibus hodie votis et

tanto gratulamur affectu? Ceterum qui
dixit: si glorificatur unum membrum,
congaudent omnia membra; hoc quoque
nihilominus ait: quod si patitur unum
membrum, compatientur omnia membra.
Hoc igitur nostra eorum coherencia
est, ut nos congratulemur eis, ipsi compa-
tiantur nobis: nos deo et meditatione
regnemus in eis, ipsi in nobis, et pro nobis
militent pia interventione. Nec est, quod
de eorum pia erga nos sollicitudine du-
bitemus, quando quidem non consumman-
ti sine nobis expectant nos, usque dum
retribuatur nobis: ut videlicet in novissimo
die magno festivitatis omnia simul in aera
perfectum cum sic tam excelsa capite membra
concurrunt, et laudentur cum hereditate suae
Iesu christus Dominus noster: qui est super
omnia benedictus, et laudabilis et gloriosus
in secula: amen.

R. Veritatem facientes in charitate, cres-
camus in illo per omnia, qui est caput Chri-
stus: & ex quo totum corpus compactum aug-
mentum corporis facit in edificationem sui
in charitate. *V.* Multi unum corpus su-
mus, singuli autem alter alterius membra
in Christo. & ex quo. *V.* gloria. & ex quo. *Eph.* 4.
Rom. 12.

*Ad Natalinas fit commemoratio S. Vita-
lis et Agricolae. Ant. oratio ut supra.*

Die V. Novembris.

De octava omnium Sanctorum.

Duplex B. lect.

In I. Vespurno.

V. Iusti epulentur et exultent in con-
spectu Dei:

R. Et delectentur in labitiis. *Ps.* 64.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini episcopi.

l. 22. de civ. cap. 50.

Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore
 quisquam nec adulatione laudabitur. Verus
 honor, qui nulli negabitur digno, nulli de-
 feretur indigno. Sed nec ad eum ambiet ullus
 indignus, ubi nullus permittetur esse nisi
 dignus. vera pax, ubi nihil adversi nec a
 seipso, nec ab alio quisquam patitur. Prae-
 mium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit,
 eique seipsum, quo melius et maius nihil
 reperit esse, promissit. quid est enim aliud,
 quod per prophetam dixit: ero illorum Deus,
 et ipsi erunt mihi plebs, nisi: ego erounde
 salientur, ego ero quocumque ab homini-
 bus honeste desiderantur, et vita et salus,
 et virtus, et copia, et gloria, et honor, et pax,
 et omnia bona? Sic enim et illud recte in-
 telligitur, quod ait apostolus: ut sit Deus
 omnia in omnibus. Ipse finis erit desue-
 riarum nostrorum, qui sine fine videbitur,
 hinc fastidio amabitur, sine fatigatione
 laudabitur. Hoc munus, huius affectus, huius
 actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita
 eterna communis.

R. Laudem dicite Deo nostro omnes servitius;
 et qui timetis eum, pusilli et magni & quo-
 niam regnavit Dominus Deus noster omni-
 potens: & gaudeamus et exultemus, et ve-
 mus gloriam ei. V. Exultate iusti in Domino:
 rectos decet collaudatio. & quoniam V. gloria.

R. gaudeamus. apoc. 19. Ps. 92.

In vespere fit commemoratio S. Leonardi
 Conf. de communi iustorum.

Oratio Paris.

Quaesumus, omnipotens et misericors Deus:
 ut interveniente beato Leonardo a vinculis

peccatorum absoluti; liberis tibi meritis
serviamus. Per Dominum.

Die VI. Novembris.

De octava Omnium Sanctorum.

Duplex 3. lect.

In I. Octavo.

V. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius:

R. Populus, quem elegit in hereditatem sibi. Ps. 92.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

l. 22. De Civ. cap. 50.

Erit illius civitatis et una in omnibus,
et inseparabilis in singulis voluntas libe-
ra, ab omni malo liberata, et impleta
omni bono, fruens indeficienter eter-
norum incontinentia gaudiorum, oblita
culparum, oblita poenarum, nec tamen
ideo suo liberationis oblita, ut liberationi
suo sit ingrata. Carebunt enim omnibus
malis, ita ut penitus deleantur de sensu-
bus eorum. Ea tamen potentia scientia,
que magna in eis erit, non solum sua pro-
terita, sed etiam damnatorum eos sem-
piterna miseria non latebit. alioquin
si se fuisse miseros nescituri sunt, quomodo
sicut ait psalmus, misericordias Domini
in eternum cantabunt? quo cantico
in gloriam gratie Christi, cuius sangui-
ne liberati sumus, nihil erit profecto
illi incontinentis civitati. Ibi perficietur.
Vocate et videte, quoniam ego sum Deus.
Ibi vocabimus et videbimus: videbi-
mus et amabimus: amabimus et lau-
dabimus. Ecce, quod erit in fine sine fine.
Nam quis alius noster est finis, nisi per-
venire ad regnum, cuius nullus est finis.
R. Redemisti nos Deo in sanguine tuo

ex omni tribu, et lingua, et populo et natione: & et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes; et regnabimus. *V.* Lux fuisti in mihi misericordia tua populo, quem redemisti: et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum. & offerasti. *A.* gloria. & fecisti. *apoc. 5. lxxv. 18.*
 In Octavas fit commemoratio S. Leonardi C. de communi, oratio ut supra.

Die VII. Novembris.

De octava Omnium Sanctorum.

Duplex S. lect.

In I. vespertino.

V. Sancti tui benedicant tibi Domine.
R. ut notam faciant gloriam magnificentie regni tui. *Ps. 144.*

lectio III.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Epist. 155. cap. 9.

Una in caelo virtus erit, et id ipsum erit, virtus premiumque virtutis, quod dicit in sanctis eloquiis homo qui hoc amat: mihi autem adherere Deo bonum est. Hoc tibi erit plena et sempiterna sapientia, eademque veraciter vita iam beata. Perventio quippe est ad aeternum et summum bonum, cui adherere in aeternum, est finis nostri boni. Dicitur hoc et prudentia, quia prospexit me adherere bono, quod non amittatur; et fortitudo, quia firmissime adherere bono, unde non exellatur; et temperantia, quia castissime adherere bono, ubi non corrumpatur; et iustitia, quia rectissime adherere bono, cui merito habetur. Quamquam et in hac vita virtus non est, nisi diligere quod diligendum est. Sed eligere, prudentia est; nullis inde averte molestiis, fortitudo est; nullis

illic cebris, temperantia est; nulla superbia; in-
 stitia est. quid autem eligamus, quod precipue
 diligamus, nisi quo nihil melius invenimus?
 Hoc Deus est: cui si diligendo aliquid vel pro-
 ponimus vel equamur, nos ipsos diligere nos-
 cimus. Tanto enim nobis melius est, quanto
 magis in illum inuis, quo nihil melius est.
 Quis autem non ambulando, sed amando.
 Quem tanto habebimus presentiore, quan-
 to eundem amorem, quo in eum tendimus,
 potuerimus habere puriore.

R. Gratias agimus tibi Domine Deus omni-
 potens, qui es, et qui eras, et qui venturus
 es: * quia regnasti, et advenit tempus reddere
 mercedem servis tuis et sanctis. *V.* Confi-
 teantur tibi Domine omnia opera tua;
 et sancti tui benedicant tibi. * quia. *V.*
 gloria. * quia. *apoc. ii. vs. 144.*

Vespero de sequenti, ex 1. vespers Festi.

Oratio Sac. Leon.

Thom.

Omnipotens sempiternus Deus, qui nos om-
 niium Sanctorum tuorum multiplicata
 facis celebritate gaudere: concede, quoesu-
 mus; ut sicut illorum commemoratione
 temporali gratulamur officio, ita perpe-
 tuo laudemus aspectu. *Per Dominum.*

Et dicitur ad omnes horas sequentis diei.

*Et fit commemoratio S. Coronatorum
 c. M. de communi.*

Oratio Sac. Greg.

Prostra, quoesumus, omnipotens Deus:
 ut qui gloriosos Martyres fortes in
 sua confessione cognovimus; pios
 apud te in nostra intercessionem sentia-
 mus. *Per Dominum.*

254
Die VIII. Novembris.

Octava Omnium Sanctorum.

Duplex maior. 12. lect.

Omnia dicuntur ut in festo, propter sequentia. Lectiones I. nocturni quatuor cum suis &c. de feria currente.

In II. nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 2. de omn. S.

Quia Sanctorum omnium festivam hodie, dilectissimi, omnique dignissimam devotione memoriam celebramus, spero precium puto, de communi eorum felicitate, in qua beata iam requie perficiuntur, et futura, quam prestolantur, consummatione, adjuvante Spiritu sancto sermonem facere charitati vestre. Erat enim prestante Domino triplex sermonis huius utilitas, quatenus agnita, vel ex parte aliqua, felici retributione Sanctorum, abundantiori deinceps sollicitudine ipsorum inherere vestigiis, ac ferventiori desiderio ad eorum suspirare consortia, propensiori quoque devotione eorumdem nos commendare patrocinis studeamus. Fidelis quippe sermo et omni acceptione dignus, ut quos solemniter veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur: quos beatissimos predicamus, ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus: quorum delectamur patrocinis, sublevemur eorum patrocinis.

Legimus in propheta: convertere anima
mea in requiem tuam, quia Dominus be-
fecit tibi, quia eripuit animam meam
de morte, oculos meos a laqueo, pedes
meos a lapsu. Dum enim in corpore mortis
Domino militaret, nulla requies erat tum
pro labore certaminis, tum pro periculo
exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tu-
multus tentationum, inde succumbendi
metus gravius sollicitabat. Habebat ta-
men, fratres, etiam tunc gloriam miles
Christi, licet requiem non haberet. ait
liquidem (Apostolus): gloria nostra haec
est, testimonium conscientiae nostrae;
quod (nempe) loquitur spiritus veritatis
in ipsa, testimonium perhibens spiritui
nostro, quod filii Dei sumus. Est enim testi-
monium conscientiae non perhibentis, sed
peripientis. Cum enim veritas applaudit,
cum iustitia attestatur, Dei sine dubio com-
mendantis vox est, et spiritus sancti testimo-
nium perhibentis, ac si decertanti viriliter
militi rex suus, pro cuius amore, et honore
decertat, prope assistens letus applaudit,
laudet fortia facta, proximam clamitell
esse victoriam, parata iam premia et
coronam pollicetur aeternam in quo
testimonio gloriatur quidem probatus et
strenuus miles: minime tamen quiescit,
sed tanto avrius virilisque decertat.

Lectio VII.

Itaque dum adhuc militat, gaudet utique
electi Dei servitium de primitiis spiritus,
qui et infirmitatem eorum adiuvat virtute
sua, et pusillanimitatem sua consolatur
attestatione. Jam vero consummato militis

tempore gaudium habent sancti etiam in
 spiritu suo, donec adveniat dies illa, qua intro-
 ire mereantur in gaudium Domini sui gau-
 dium habituri et in ipso corpore suo. et mo-
 vero ex vobis perquam aliquam requiem aut
 letitiam suspicetur eorum, qui ab omni pe-
 nitibus molestia liberi recogitant annos suos
 in dulcedine animo suo; letantur pro diebus,
 quibus humiliati sunt, annis quibus vide-
 runt mala: cum incunda admiratione
 et mira incunditate considerant pericula
 qua evaserunt, labores quos pertulerunt,
 certamina quo vicerunt: et pro his omni-
 bus certa et indubitata fide expectant
 beatam spem et adventum glorio magistri
 et Salvatoris sui, qui resuscitabit et refor-
 mabit corpora eorum configurata proprii
 corporis claritati.

Lectio VIII.

Quanta est felicitas eorum, quam immensa
 letitia! qui nimirum triplici gaudio de
 recordatione trans~~it~~ adeo virtutibus, de exhi-
 bitione presentis quietis, de certa expecta-
 tione future consummationis exultant.
 Longe tamen aliter afficiuntur in huiusmodi
 meditationibus, et multo amplius delectan-
 tur, quam nostra aut cogitatio capere,
 aut explicare queat oratio. Audi enim,
 quemodo labore propheta in caecis et mul-
 tiplicans verba, nec tamen si digne magnifi-
 care volens quod intendit. Quam magna,
 inquit, multitudo dulcedinis tuae Domine,
 quam abscondisti timentibus te! quid tamen
 addidit? perfecisti, inquit, eis qui sperant
 in te, in conspectu filiorum hominum.
 Est ergo multitudo dulcedinis, quo abscondita

est magna quidem et magna valde necdum
tamen perfecta: quoniam in manifesto pa-
ficietur, non in abscondito, quando non sub
altari requiescent Sancti, sed super thronos tam-
quam iudices residebunt. ad requiem enim
exulto a corporibus animo sancto protinus
admittuntur: ad plenam autem gloriam re-
qui non ita.

In III. et Octurno et deinceps omnia ubi
festo: et ad natalitias fit commemoratio S.
Martyrum, de communi, oratio ut supra.

Si hodie fit Dominica, officium fit de illa,
cum commemoratione tantum octavo.

In vespere fit commemoratio sequentis,
et S. Theodori M.

Oratio Sacr. Greg.

Deus, qui nos beati Theodori Martyris tui
confessione gloriosa circumdas et protegis:
prostra nobis ex eius imitatione proficere,
et oratione fulciri. Per Dominum.

Die IX. et Octobris.

S. Birminii Episcopi.

Duplex d. lect.

ex d. huius.

Oratio Brevis.

Deus, qui ad gentium illuminationem
beatum Birminium pontificem predica-
tionis evangelica gloria decorasti: prostra,
ut quos per ipsius documenta fideles esse
donasti; meritorum imitatores esse conce-
das. Per Dominum.

Lectio III.

Et vita per Warmannum augiensis
monachum scripta apud stabillon.

Birminius Episcopus oblat a Gregorio

P. A.

Secundo Evangelii predicandi facultate in Germaniam veniens, tam predicationis instantia, quam signorum multitudine et virtutum efficacia plurimos infideles ad fidem, ac peccatores ad pietatem tum in Suevia, et Alsatia, tum in vicinis quoque regionibus perduxit. Hanc quo melius promoveret, plura illis in locis monasteria sub regula sancti Benedicti edificavit, quorum precipuum fuit augio divitis, ex qua in sola serpentes hauriunt, et abbatiam tribus annis tenuit, inde discedere compulsus tam in Alsatia quam alibi predicationi indefessus incubuit, ac tandem in monasterium Hornbacense pariter a se fundatum secessit, ubi iungi mortificationis exercitio intentus cum ad extrema pervenisset, convocatos fratres in hunc modum exhortatus est: Vestrum decorem commonefacere studium, sed eum, qui vos ad hanc invitavit gratiam, firma fide colatis, spe ad ipsum certatendatis, in eius charitate fervida bonorum operum executione proficere studeatis. Sed et vobis animo precipue in humilitate versari, patientiam amplecti, et in fraternitatis absque ludo simulationis manere. Quibus dictis animam celesti viatico armavit, et lucidum divitiis plenam tertio nonas Novembris ad celum transmisit, circa annum septingentesimum quin quagesimum octavum.

¶ Curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione. et est adeptus est gloriam in conversatione gentis. ¶ Veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis. et pacem vobis, qui prope. et est. ¶ Gloria. ¶ adeptus. Euli. 50. Ephes. 2.

Wollatubinas sit commemoratio S. Theodori etc. et ad vesperas sequenti.

Die X. Novembris.

S. Caroli Episcopi.

Duplex d. lect.

Ex 4. huius.

Oratio breu. Rom.

Ecclesiam tuam Domine, sancti Caroli ben-
dictionis continua protectione custodiri ut
sicut illum pastoralis sollicitudo gloriosum
reddidit; ita nos eius intercessio in tuos sem-
per faciat amore ferventes. Per Dominum.

Lectio II.

Ex eius vita auctore I. Spano.

Carolus arone in territorio Mediolanensi
nobili Berromeorum gente natus, a pue-
ritia clero adscriptus est. Vicesimum tertium
aetatis annum agens, a Pio quarto acon-
culo suo in cardinalium collegium coopta-
tus, commissa sibi gravissima ecclesie nego-
dia summa fide ac religione administravit.
Mediolanensis deinde Archiepiscopus creatus,
plurimam operam adhibuit, ut iuxta con-
cilium Tridentinum, quod eius potissimum
sollicitudine iam tum fuerat absolutum,
ecclesiam sibi commissam componeret.
atque ut ecclesiasticam disciplinam resti-
tueret, multas tum diocesanas tum pro-
vinciales synodos coegit. Hæreticos e parti-
bus Rhetorum ac Helvetiorum indefin-
ter insectatus, multos eorum fidei catho-
licæ restituit. Quo tempore pestis Medio-
lani grassabatur, domesticam suppellestem,
ne relicto quidem sibi lectulo, in pauperes
alendos et curandos contulit; super munda-
ni posterum tabula decumbens, eoque
morbo laborantes sedulo in visens, pater-
no reficiebat affectu, et ecclesie sacramen-
ta propriis ipse manibus administrans
mirum in modum solabatur. Humillimis

interim precibus reconciliator auctus,
publica supplicatione indicta, sine sibi
ad collum alligato, nudis pedibus, etiam
ex offendiculo crucentatis, crucem baculans,
semetipsum pro peccatis populi hostiam
offerens, divinam indignationem aver-
tere satagebat.

R. Properans homo sine querela deprecari
pro populis, proferens pro vitulis suis solum
orationem, restitit ire: & et finem imposuit
necessitati, ostendens quoniam tuus est fa-
mulus Domine. v. Stans inter mortuos
et viventes pro populo deprecatus est, ut
plaga cessaret. & et finem. Sap. 18. Num. 16.

Lectio III.

Vitam duxit asperam, corpus domans
flagellis, cilicio, vigiliis ac ieiuniis, pane
tantum et aqua, et solis quandoque lupinis
contentus: orationem, ac verbi Dei pro-
vidiam, gravissimis licet curis occupatus,
numquam intermisit. Multas ecclesias,
monasteria, seminaria et collegia edificavit.
Plurima scripsit precepta, episcopis potis-
simum utilissima: eiusque opera parcho-
rum catechismus prodit. Demum in soli-
tudinem Varalli montis, ubi sculpta ima-
gines Domini passionis mysteria expri-
munt, secepit: ibique diebus aliquot vo-
luntaria castigatione duram, sed suavem
ex Christi dolorum meditatione vitam agens
in febrem incidit. Mediolanum reversus,
in gravescente morbo, cinere ac cilicio coop-
tus, et oculis in Christi imaginem defixis,
migravit in caelum, anno aetatis quadra-
gesimo sexto, christi millesimo quingentesi-
mo octogesimo quarto. quem miraculis
conspicuum Paulus quintus in sanctorum
numerum adscripsit.

Die nocturne estu urebar et gelu fugie-
 ba lque somnus ab oculis meis: & afflictio-
 nem meam et laborem manuum mearum
 respexit Deus. V. Tui in labore et orumna,
 in vigiliis multis, in fame et siti, in fri-
 gore et nuditate. & afflictionem. Gloria.
 * afflict. gen. xi. 2. cor. jo.

Vespero de sequenti, commemoratio
 precedentis, et S. Ottono M.

Die XI. Novembris.

S. Martini Episcopi.

Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi Pontificum
 pro ter sequentia.

Ad I. Vesperas.

Hymnus An. Sant.

1. Ecquis ardens rapitur per ruras?
 Ille quis pauper petit astra dives? *
 Coelites plaudunt: comitemur hymnis
 Astra petentem.

2. Flore sub primo iuvenilis ovi,
 Caesarum iactu tulit arma miles: *
 Noxque deponet, tibi, Christe, nomen,
 Tiro profepus.

3. Non furor belli bene christianum
 Pectus infregit: * pius inter arma
 Integros servat, semel obligato
 Domine, mores.

4. Pauperi pauper male membra nudo
 Dividit uestem, * neciaque Christus
 Oblulit sese tunica micantem,
 Et nocte sequenti.

5. Tante lustratur, meliore testes
 Se sacramento vocet inter aras: *
 Invidit Christum, simul ac profana
 Posuit arma.

6. Luminis splendor, ceteris una proles
 Christe, te pronus veneratur orbis: *

Qui Sacerdotes per amoris almi

Flamma inungis. Amen.

V. Beatus, qui intelligit super egenum
et pauperem:

R. In die mala liberabit eum Dominus. Ps. 110.

Ad Magnif. ant. Cum videris nudum,
operi eum, et carnem tuam ne despexeris: *
tunc auferet faciem tuam iustitia tua,
et gloria Domini colliget te. Ps. 58.

Oratio Paris.

Deus, qui in beato Martino Pontifice hinc
per vitam hinc per mortem magnificatus es:
innova eadem gratia tua miracula in cor-
dibus nostris; ut neque mors neque vita
separare nos possit a charitate Domini nostri
Iesu Christi, qui tecum vivit &c.

Oratio S. Cennae. Oratio Sac. Greg.

Deus, a quo constantiam fides, et virtutem
humil infirmitas: presta quaesumus; ut
exemplo sancti Cennae Martyris tui, quid
quid in persecutionibus secum, quidquid in
morte terribile, nominis tui facias confesio-
ne superare. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Inuit. Christum Pastorem principem, *
venite adoremus. j. Ps. 5.

Hymnus Cluni. ant.

1. Quo fugis praecipos? latitare nescis
et hinc portentis manifesta virtus: *
Brevissem iam te feres in supremum
Iuro tribunal.

2. Non tunc! fastum neque splendet auro,
Sordidam leuat velut ante vestem: *
Ora deformi dabit una virtus,
Unde nitere!

3. Spreverit vili quis cum lucerna,
Cuius ad natus elementa parenti.*
Scilicet iusu posuere fractis
Viribus ignis.

4. Redditur caeco pro lux, et auris
Redditur surdo, sua lingua melle.*
Im pari qui vix pede claudus ibat,
ambulat equo.

5. Imperat morbis, abigit malignos
Spiritus, divum simulacra verbi.*
Luce defunctos vocat ad prioris
Munera vite.

6. Letus eternum celebret parentem
Cubis, eternum celebret parentis
Filius.* par sit tibi cunctis omni,
Spiritus, evo. amen.

Antiphona, Versus et cantica nocturnorum
De communi. In I. nocturno lectiones
quatuor cum suis R. A. De feria corrente.

In II. nocturno.

Letitio V.

Et Sulpicio Severo et Gregorio Turonensi.

Martinus Sabario in Bannonia patre tribu-
no militum natus. Capta vero in Italia
educatus, anno aetatis decimo, invitis pa-
rentibus, in eulesiam confugiens, inter
catechumenos nomen dedit. Adscriptus mi-
litiis ex imperatorum edicto, quo vetera-
norum filii sua nomina profiteri cog-
bantur, sub Constantio vel Constantino
stipendia meruit. Ambianis ad portam
urbis, pauperi nudo elemosynam petenti,
cum nihil haberet proter arma et vestimen-
tum, partem chlamydis dedit. Cui sequenti
nocte Christus dimidiata illa veste indutus
apparuit, circumstantes angelos si allocutus:

Martinus adhuc calcabumenus hac me veste
contendit.

R. Audus eram, et cooperuisti me: & quamdiu
fecisti uni ex fratribus meis, mihi fecisti.

V. et non avertere faciem tuam ab ullo pau-
pere, et de vestimentis tuis nudos lege. & quam-
diu. Matth. 25. Job. 4.

Lectio VI.

Anno aetatis decimo octavo baptizatus,
eiurata seculari militia caelestem amplecti
cupiens, sanctum Hilarium Bictaviensem
episcopum adiit, a quo diaconalis ordinis gra-
dum iussus ascendere, in infimo exorciste
officio eodem permittente subsedit. Inde ad
suos reversus matrem, a qua mundogenitus
fuerat, ab idolorum cultu vindictam Chri-
sto preperit. ab episcopis arianis, quod fore
solus eorum perfidiam frangeret, varie exa-
gitatus, publica verbera, vincula, exiliumque
passus, Illirico primum, deinde Mediolano,
ubi monasterium sibi construxerat, eiechus,
sedem Bictarii fixit, ibique sub Hilario in
caenobio a se edificato monachis profuit.

R. Surrexit quasi ignis, et verbum ipsius qua-
si facula ardebat, irritantes illum pauci
facti sunt; & non enim poterant sustinere
precepta Domini V. De die in diem animam
iustam iniquis operibus cruciabant. & non.
Euli. 48. 2. Petr. 2.

Lectio VII.

Turonensis episcopus ordinatus, secundo ab
urbe lapide monasterium condidit, in quo
discipulos octoginta nihil proprium habentes
congregavit: ex quibus plures postea episcopi
creati sunt. et non procul ab eo loco altare di-
xit, pro quo factum putabatur erectum in me-
moriam martyris. Idolorum fana deiecit, et
luos succiuit, non veritus aliquando vite

avere discrimen, ut eorum cultum peius abo-
leret. Infirmis autem fuit patientissimus, adeo ut
impune vel ab infirmis clericis lederetur, ac
plerumque sibi obtriantium peius desereret.
Innumeris miraculis claruit: Trevisis para-
lyticam pene exanimem oleo a se benedicto
sanavit. Parisiis ad portam urbis lepro-
sum osculo mundavit, proprii corporis obic-
tamas aliquando repressit: et tres mor-
tuos suscitavit.

¶. Et nomen glorio eius usque ad extremum
terro, eo quod fecerat in stultitiam, et fidem
conseruavit genti suae: et in diebus eius
prosperatum est in manibus eius, ut tolle-
rentur gentes de regione. ¶. Propter opus
Christi usque ad mortem accepit, tradens ani-
mam suam. et in. j. Math. 14. Philip. 2.

Leitio VIII.

Annis demum gravis, dum condalensis vici
culeham in sua diocesi visitare, viribus
defectum se sentiens, mortem sibi imminere
discipulis indicavit. Tunc mæror et luctus
omnium, una vox plangentium: cur nos
pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis?
in vadent enim gregem tuum lupi rapaces.
Tunc ille motus his fleatibus, conuersusque
ad Dominum ita orabat: Domine, si adhuc
populo tuo sum necessarius, non recusa-
barem; fiat voluntas tua. In gravitate
lebre in cinere et cilicio decumbens, ne
vile quidem stramen sibi subici paperet.
Rogatus a presbyteris, ut corpus in æternum
elatus reclinando subleuaret. finite me, inquit,
caelum potius respicere quam terram, ut hinc
iam itinere iherus ad Dominum spiritus
dirigatur. Instante iam morte, visodæmone:
quid hinc adstas, inquit, pruenla bestia? nihil
in me, funeste, reperies; Abrahæ me finis

recipiet. Ea in voce anno Christi trecentesimo
nonagesimo septimo animam Deo reddidit.

R. Dixit Dominus ipsi fortitudinem, et usque
in senectutem permansit illi virtus; ut viderent
omnes filii Israel: * quia bonum est obsequi
sancto Deo. *V.* Dominus mihi assistit, et con-
fortavit me: ut per me predicatio implea-
tur, et audiant omnes gentes. * quia. *V.* gloria.
* quia. *Eucl.* 46. 2. *Tim.* 4.

In III. obiturno omnia de comuni proter Evangelium.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. ii.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis:
nemo lucernam accendit, et in abscondito po-
nit; neque sub modio; sed supra candelabrum,
ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna
corporis tui est oculus tuus. Si oculus tu-
us fuerit simplex, totum corpus tuum lu-
cidum erit: si autem nequam fuerit, etiam
corpus tuum tenebratum erit. Vide ergo, ne
lumen quod in te est, tenebratum sit. Si ergo cor-
pus tuum totum lucidum fuerit, non ha-
bens aliquam partem tenebrarum; erit
lucidum totum, et sicut lucerna fulgoris
illuminabit te.

Ad Laudes Matulinas.

Hymnus Clari Sancti.

1. O virum, qualem pietas petebat, *
Quem fides nullis labefacta seclis
Non semel sensit medios per cuses
Saura tuentem.
2. Leditur probris, sibi semper idem
et seclis irasci, fera corda placat: *
Et pro tantum cumulo donis
Subiicit hostes.
3. Nec truci quamvis caput immolandum
Pro Dei causa posuit sub onse; *
Martyris palmam retulit, vel isto
Dignus honore.

4. Ut mori sensit moribunda membra,
Figit immotos oculos olympo: &
Ut celer notum per iter volaret
Spiritus affinis.

5. Quando scellatos prope longitantes,
Et tunc iam iam fructurus adest: &
Si gregi profuit, patiens iniquis
Vivere terris.

6. Letus eternum celebret baronem
Orbis, eternum celebret baronis
Filium: & par sit tibi cultus omni,
Spiritus, eva. amen.

7. Quid mihi est in caelo:

8. Etate quid volui super terram? Ps. 72.

Ad Bened. ant. Coarctior et duobus, desiderium
habetis discipuli, et se cum Christo multo
magis melius: & permanere autem in carne
necessarium propter vos. Philip. 1.

Et sibi commemoratio si ostendo est.

Ad II. Vesperas.

Hymnus Paris. C.

1. Perfusus ora lacrimis
Martinus astra suspicit: &
Et in beato patris
Desixus obtutu genit.

2. O mors, aed, quid tandem
Differis levare vincula? &
Amore Christi sancium
Privare vita' munus est.

3. Quid tu minaci gulture
Traco cruce sibilas? &
Redi sub umbras tartari:
Me lucis aula deocat.

4. Et vos, flagrans quos charitas
Mihî date pe filios: &
Flecti molesto pericite
Tardare patris gaudia.

5. Quod si tamen nostros adhuc
Greges labores exigunt: &

Iam lauream prensans manu
Reddat libenter proelio.

6. Sic fortis et constans sibi
Martinus usque perstitit: &
Nec pro Deo timens mori,
Sed nec recusans vivere.

7. Sit Trinitati gloria! &
Sermonibus quam vindicans
Martinus et miraculis
Adeptus est in premium. ancon.

8. In iustitia apparebo conspectui tuo Domine:
& saluabor, cum apparuerit gloria tua. Ps. 16.
V. Magnif. ant. Ego ad Dominum aspiciam,
expectabo Deum Salvatorem meum: & audiet
me Deus meus; et uel me, uidebo iustitiam
eius. Mich. 7.

Si hodie sit Dominica festum S. Martini ce-
lebratur die sequenti, si non sit Patronus.

Die XIII. Novembris.

• Omnium Sanctorum ordinis.
Festivitas II. classis. jr. lat.

ad 1. Vesperas.
antiphona ex Martinis.
Lectio Isaie 8.

Eue ego, et pueri mei, quos dedit mihi Dominus
in signum, et in portentum Israel a Domino:
exercituum, qui habitat in monte Sion.

6. br. Hoc est generatio & quarentium Dominum:
V. Quarentium faciem Dei Jacob. Ps. 243.

Hymnus Clun. Sont.

1. Quo signata noua semita lumine
Caelo se referat! Viue caelites: &
Hanc fulgens radius ingreditur viam
Sacri conditor ordinis.

2. Illum non sequens innumerabilis
sepe durma premit: & feruida prouium
aut equare patrem, uel propius sequi
ardet papibus amulis.

3. Adhuc progeniti sanguine regio,
Adhuc Vergemino qui diademate
Fulgens Pontifices: & sunt quoque Martyres
Tanti progenies Patris.

4. Fratrum iuncto manus, sancta soralitas: &
Vestris ut socios agminibus velis
Placari facilis, iungere nos Deus,
et nostras ferre Deo preces.

5. Qui lucis Pater est, gloria sit Patri,
Qui lux ipsa Patri, gloria Filio: &
Amborumque tibi, nexus amabilis,
Sit per gloria, Spiritus. amen.

6. Plantati in domo Domini,

Et in atrius domus Dei nostri florebit. Ps. 91.

ad Magnif. ant. Circa illum corona fratum,
quasi plantatio cedri in monte Libano: &
Sic circa illum steterunt quasi rami palme,
et omnes filii Aaron in gloria sua. Ecl. 50.

Oratio Sac. Greg.

Concede, quod sumus, omnipotens Deus, ut ad
meliorem vitam sanctorum tuorum exem-
pla nos provocent; quatenus quorum splen-
dia agimus, etiam altus imitemur. Per Do-
minum.

Ad Vigiliis Nocturnas.

In vit. Dominum, qui timentes se glorificat: &
venite adoremus. Ps. 134.

Hymnus Felices nemorum. et antiphona
ac V. Nocturnorum de communi Monachorum.

Lectiones I. Nocturni quatuor cum suis Ps.
de die corrente: vel ut supra in festo omnium
sanctorum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Iohannis Chrysostomi.

Hom. 134. in j. Tim.

Vere domus lucus monasterii sunt, ubi in

atque cilicium; ubi solitudo; ubi refus nullus,
nullus negotiorum secularium propitius; ubi
ieiunia, ubi terrenorum duritia lectulorum.
Ibi munda sunt omnia; absunt procul pertur-
bationes, cura, humeltes: tranquillo in portu
naviganti, sic veluti luminaria sunt, sublimi
de loco navigantibus fulgore suo iter aperientibus.
in litore placido sedent, omnes ad quietem suam
invitantes ac pertrahentes, neque naufra-
gium pati sinentes eos, qui se intuentur; non
permittunt in tenebris degere eos, qui suas
aspiciunt sedes.

Ex. Fugite de medio Babylonis, et salvetur
quisque animam suam: & quoniam
tempus ultionis est a Domino. Exite de illa
populus meus, ut ne participes sitis delicto-
rum eius; et de plagis eius non accipiatis.
* quoniam. Jer. 51. apoc. 18.

Lectio VI.

Non ibi conspiciis ea, quo domi: mundus est
locus ille, alta ibi quies atque silentium est.
Onem et tuum inde profusus eliminatum
est. Illi vel si diem unum aut duos manseris,
tunc vere voluptatis maiore sensu
perfundaris. Lucescit, ino ante lucem gallus
emittit vocem: omnes cum reverentia dis-
cussis sopore consurgunt a profule excitati
suo, adstantque sacro instituto choro, pro-
tinus que expansis manibus sancto concinunt
hymnos. Hoc autem totum ex animi disci-
plina et honestate proficiunt. Illi pro-
fecto sunt sancti, atque inter homines an-
geli. Inde ubi surrexere, divinis laudibus
instant, hymnos que propheticos conunt
magno suavique concentu, sed canticis nu-
merosis. Non fistula, non cithara, non
ullum aliud instrumentum musicum tam
dulces efficiunt modos, quam sancti illi summa

in solitudine et quiete psallentes.

R. Sivebit populus meus in pulcritudine pacis,
 * et in tabernaculis fiducia, et in requie o-
 pulenta. V. Tollite iugum meum super vos:
 et inveniatis requiem animabus vestris. P.
 in taber. gsa. 52. Matth. ii.

LECTIO VII.

Ipse quoque illorum cantica convenientis-
 sima sunt, et amorem Dei divinarumque
 rerum studia spirant. In noctibus, inquit,
 extollite manus vestras ad Deum; et rursus.
 De nocte mane vigilat spiritus meus ad te
 Deus, quia lux precepta tua sunt in terra.
 Cantica item Davidica fontes movent lacry-
 marum. Ubi vero illuxit matutinis pre-
 cibus hymnisque peractis ad sanctarum scri-
 pturarum se convertunt. Sunt et
 qui libros scribere didicerunt. Unusquisque
 autem in prostibulum habens domicilium,
 silentio perpetuo studet. Siquis nemine
 texente nugas, aut aliud aliquid loquante,
 Tertiam, Sextam, et Nonam, vespertinamque
 consummant synaxim. Deinde laborem
 spiritualis exercitii laxantes, cibum
 sumunt, non pretiosas dapes et coquorum
 arte laboratas apponentes, sed alii pa-
 nem tantum, et sal, alii et oleum su-
 munt, plerique infirmiores olera atque
 legumina accipiunt. Inde ubi paululum
 sederint, tempus omne huius concluden-
 tes, singuli toris requiescunt, ad quietem
 solum non ad delicias factis.

R. Eue ego congregabo eos, et habitare
 eos faciam confidenter, et dabo eis cor-
 unum et viam unam. * Et non desinam
 eis benefacere, et est labor super eis. V.

255.

Inhabitabo in illis et inambulabo inter
eos; et ero illorum Deus, et ipsis erunt mihi
populus. * et non. Gen. 22. 2. Cor. 6.

Lectio VIII.

Profecto vox exultationis et salutis in
tabernaculis iustorum. Non illis auditur
ululatus et gemitus: vacant his omnibus
lecta illa felicitas, his tristibus, his clamori-
bus libera. Non iunguntur quidem in ipsis,
neque enim corpore sunt immortales:
ceterum mortem illi nec ducunt nec existi-
mant mortem: cum hymnis prosequuntur
abeuntes, eamque rem non elationem
tuneris, sed pompam et promissionem vo-
cant. Denique ubi quisquam nuntiatus fue-
rit mortuus, magna oritur exultatio,
ingensque voluptas omnium. Immo ne
mortuum quidem aliquis appellare presu-
mit, sed consummatum. Inde gratiarum
actio sequitur et gloria, ingensque letitia,
singulis orantibus se hoc sine donari, sic
exire certamine, et a laboribus sudoribus-
que quiescere, Christumque videre.

R. Eue veniunt filii tui, quos dimisisti
dispersos, * veniunt collecti ab oriente usque
ad occidentem, * in verbo Sancti gaudentes
in honorem Dei. V. Venient et requiescent
omnes in torrentibus vallium, et in ca-
vernis petrarum. * in verbo. V. gloria.
* venient. Baruch 4. 55. 7.

In III. nocturno.

Ant. Laetaberis in filiis tuis: * quoniam
omnes benedicentur, et congregabuntur
ad Dominum. Job. 13.

Cantica de communi Monachorum.

*V. Iniqua sunt speciosa deserti:
 R. Et campi tui replebuntur uberitate. Ps. 64.*

Lectio IX.

*De epistola beati Pauli apostoli ad
 Romanos. cap. 12.*

Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei,
 ut exhibeatis corpora vestra hostiam viven-
 tem, sanctam, Deo placentem, rationali
 obsequium vestrum. Et nolite conformari
 huic seculo, sed reformamini in novita-
 te sensus vestri: ut probetis quod sit volun-
 tas Dei bona, et beneplacens et perfecta.

Dico enim per gratiam, quae data est mihi,
 omnibus qui sunt inter vos: non plus sa-
 pere, quam oportet sapere, sed sapere ad
 sobrietatem: et unicuique sicut Deus di-
 vinitus mensuram fidei.

*Ps. Pars Domini populus eius: invenit eum
 in terra deserta, circumduxit et docuit, atque
 portavit in humeris suis: * et constituit super
 excelsum terram. V. Confidentes, quia pe-
 regrini et hospites sunt super terram, pa-
 triam meliorem appetunt: ideo paravit illis
 civitatem. * et constit. Deut. 32. Hebr. 11.*

Lectio X.

Sicut enim in uno corpore multa membra
 habemus, omnia autem membra non eun-
 dem actum habent: ita multi unum corpus
 sumus in Christo, singuli autem alter alte-
 rius membra. Habentes autem donationes
 secundum gratiam, quae data est nobis, dif-
 ferentes; sive prophetiam secundum rationem
 fidei; sive ministerium in ministrando; sive
 qui docet, in doctrina; qui exhortatur, in ex-
 hortando; qui tribuit, in simplicitate; qui
 praesert, in sollicitudine; qui miseretur,
 in hilaritate.

R. Multitudinis erat cor unum, et anima
una, nec quisquam aliquid suum esse dicebat:
* sed ¶ erant illis omnia communia. ¶
Luc. 1. quam bonum et quam iucundum,
habitare fratres in unum. ¶ erant. act. 4.

Ps. 132.

Lectio XI.

Dilectio sine simulatione: odientes malum,
adhaerentes bono: charitati fraternitatis
in vicem diligentes; honore in vicem pro-
venientes. Sollicitudine non pigri; spiritu
ferventes, Domino servientes, spe gaudentes,
in tribulatione patientes; orationi instan-
tes; necessitatibus sanctorum communican-
tes; hospitalitatem sectantes. Benedicite per-
sequentibus vos, benedicite et nolite male-
dicere. Gaudeate cum gaudentibus, flete
cum flentibus: id ipsum in vicem sentientes;
non alta sapientes, sed humilibus consenti-
entes. et nolite esse prudentes apud vos metipsum:
nulli malum pro malo reddentes; providen-
tes bona non tantum coram Deo, sed etiam
coram omnibus hominibus. Si fieri po-
test, quod ex vobis est, cum omnibus homini-
bus pacem habentes.

R. Pacificantes in domibus suis in gene-
rationibus gentis suae gloriam adepti; ¶
et in diebus suis habentur in laudibus. ¶
Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabun-
tur. ¶ et in. Euli. 114. Matth. 5.

Lectio XII.

De epistola eiusdem ad Colossenses.

cap. 3.

Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et
dilecti, viscera misericordiae, benignitatem,
humilitatem, modestiam, patientiam,
supportantes in vicem et donantes vobis-
metipsum, si quis adversus aliquem habet
querelam: sicut et Dominus donavit vobis,

ita et vos. Super omnia autem haec chari-
tatem habete, quod est vinculum perfectionis.
Et pax Christi exerceat in cordibus vestris,
in qua et vocati estis in uno corpore: et grati
estote. Verbum Christi habitet in vobis abun-
danter, in omni sapientia, docentes et com-
moneutes vos metipsum psalmis, hymnis
et canticis spiritualibus, in gratia can-
tantes in cordibus vestris Deo.

R. Assumite disciplinam in multo nu-
mero argenti, et copiosum aurum possi-
dete in ea: * letetur anima vestra in mi-
sericordia eius, et non confundemini in
laude ipsius. *V.* Propter quod remissas
manus et soluta genua erigite, et gressus
rectos facite pedibus vestris: contemplan-
tes, ne quis desit gratia Dei. * letetur. *V.*
gloria. * letetur. *Euli. 51. Hebr. 12.*

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 10.

In illo tempore: cepit Petrus dicere ad
Iesum: ecce nos dimisimus omnia, et se-
cuti sumus te. Respondens Iesus ait: Amen
dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum,
aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut
matrem, aut filios, aut agros propter me
et propter Evangelium, qui non accipiat
centies tantum nunc in tempore hoc do-
mos, et fratres et sorores, et matres, et
filios, et agros cum persecutionibus, et in
seculo futuro vitam aeternam.

Oratio ex Tertia.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

V. Laudemus viros gloriosos, et paren-
tes nostros: * multam gloriam fecit
Dominus. *Euli. 114.*

2. In dilectione sua ipse redemit eos, et portavit eos: * et elevavit eos cum his diebus seculi. Ha. 63.

3. Filii sapientie, ecclesia iustorum: * et natio illorum obedientia et dilectio. Euli. 3.

4. ad Cant. Sapientiam iustorum narrat populi: * et laudem eorum nuntiat Ecclesia. Euli. 44.

5. Exitis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus: * et separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. Levit. 20.

Letitio Euli. 44.

Hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis fletit semen eorum, et filii eorum propter illos usque in eternum manent. Semen eorum et gloria eorum non derelinquetur.

Ps. 112. Deustus vir, qui timet Dominum: * potens in terra erit semen eius.

V. Generatio rectorum benedictur. Ps. 110.

Hymnus Ann. Sant.

1. Opulcras acies, castraque fortia,
Quo spes, una fides, unus amor regit! *
Omnes lege sub una,
Uno sub duce militant.

2. Heu! quantis rapiunt astra laboribus!
Pulsant perpetuis questibus aethera: *
Per ieiunia longa
Vires corporis atterunt.

3. Votis unanimis vi quoque fletuum
Instant, et socias ingeminant preces: *
Et concordibus armis
Vni caelo simul inferunt.

4. Haec vis grata Deo, si amat optimus
Vni per lacrymas, per gemitus, bala: *
Sui duris referatur
Coelum conditionibus.

5. Feruent quando die cuncta iunictibus,
 Altum turba silenti* caetera dum tacent
 Hi per cantica rursus
 et silentis longa silentia.

6. Exerceat vigilans continuus labor,
 In cumbunt operi non refides manus:*
 Tellus cuncta colonis
 Vultum suppeditat suis.

7. Quia regno sui mens quoque subditur,
 Recloribusque studeat nobilibus obsequi:*
 Nil seruat sibi iuris
 Capto liberior iugo.

8. Aternus sit honor ingenito Patri,
 Sit par unigeno gloria Filio:*
 Sacri nexus amoris
 Laus comparabili Spiritus. amen.

V. Dominus non derelinquet Sanctos suos.

R. In aeternum conservabuntur. Ps. 36.

Ad Bened. ant. Memoria illorum in bene-
 dictione, et nomen eorum permaneat
 in aeternum,* permanens ad filios illorum,
 Sanctorum virorum gloria. Eul. 46.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Deut. 7.

Vobis iudus est Dominus, et elegit vos, quia
 dilexit vos: eduxitque vos in manu forti
 de domo servitutis.

V. Eduxit Dominus populum suum in ex-
 ultatione.

R. Et electos suos in letitia. Ps. 104.

Oratio clun.

Deus, qui relinques liberos omnia centu-
 plum in hoc seculo, et in futuro vitam
 aeternam promissisti: da nobis, interce-
 dente beato benedicto et omnibus qui
 eius regulam sunt secuti, sancti mo-
 nachis, sui a carnalibus desideris tanquam

267.

advenas et peregrinos abstinere; ut plenam
et superabundantem a te abstinentie nostre
mercedem recipere mereamur. Per Dominum.

Et dicitur ad Sextam et Nonam, ac
II. Vesperas.

ad Sextam. Lectio Gsa. 67.

Scient in gentibus semen eorum, et ger-
men eorum in medio populorum: omnes,
qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti
sunt semen, cui benedixit Dominus.

R. Quam bonum habitare fratres in unum!

R. Quia illi mandavit Dominus bene-
dictionem. Ps. 132.

ad Nonam. Lectio Levit. 26.

Respiciam vos, et crescere faciam, multipli-
cabitur enim, et firmabo pactum meum vo-
bis cum: ponam tabernaculum meum
in medio vestri; ambulabo inter vos, et
ero Deus vester.

R. Vos populus meus, et oves pascue tue:

R. Confitebimur tibi in seculum. Ps. 78.

ad II. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio j. Math. 2.

Amatores estote legis, date animas
vestras pro testamento veterum vestro-
rum, et memento operum veterum,
quo fecerunt in generationibus suis; et
accipietis gloriam magnam et nomen
aeternum.

R. Respice de caelo, Domine: et visita
vineam istam.

R. Et perfice eam, quam plantavit dex-
tera tua. Ps. 79.

Hymnus brev. Capiti.

1. Aucte solitudinis

Claustrique miles incola: *
 Qui perhulstis impios
 Cœtus furentis tartari.

2. Gemmas et lauri pondera,

Et dignitatum culmina
 Calceatis; et fœdissima,
 Quo mundus offert, gaudia.

3. Vobis olus cibaria

Tuere, vel legumina: *
 Potumque lymphæ probovit,
 Atumque dura lactulum.

4. Rebus procul mortalibus

et non arcolabat feruida, *
 Divumque iuncta cœtui
 Hærebant inter sidera.

5. Summo Parenti Cœlitum,

Magnaque Proli virginis: *
 Sancto simul cum Spiritu
 Sit summa laus et gloria. amen.

6. Filii seruatorum tuorum habitabunt.7. Et semen eorum in seculum dirigetur. Ps. cxi.

Ad Magnif. ant. Domine Deus, qui fecisti
 patres electos, et sanctificasti eos: * custodi
 partem tuam, et sanctifica. 2. Mach. i.

Et sit commemoratio sequentis.

Die XIV. et Novembris.

B. Elisabethæ Bone Virginis.

Duplex S. lect.

Oratio Constant.

Crescat in nobis, Domine, Bepionis unigeniti
 Filii tui affectus: et beato Elisabethæ virgi-
 nis meritis et imitatione, eius memoria
 in cordibus nostris iugiter augeatur. Or
 eundem.

Lectio III.

Ex vita per Conradum eius confes-
 sarium scripta.

Elisabeth, ob eximiam vite sanctitatem
 bona vulgo nuncupata, ex Suevia oppido
 Waldsee pijs parentibus oriunda, cum primis
 adulescentis annos in summa animi simplici-
 tate morumque honestate transegit, et
 tertium sancti Francisci institutum in
 Reuthensi monasterio amplexa est. In eo
 iugiter inclusa perfectionis iter impigre
 aggressa vel levissimam peccati umbram
 summo studio abhorruit: atque interca-
 teras virtutes proximi charitatem, pauper-
 tatem, obedientiam, corporis mortificationem,
 abstinentiam et castimoniam mirifice
 coluit. Patientia et humilitate insignis
 vilissima quoque munia hilaris obit. Jesu
 Christi patientis amore et compatione ve-
 hementer incensa, dolorum illius acerbita-
 tem tenerissimo mentis affectu in cunctis
 actibus suis contemplabatur. Denique plu-
 ribus supernis charismatibus a Deo decora-
 ta, ad spem suam evolare, septimo
 Kalendas Decembris, anno millesimo qua-
 dringentesimo vigesimo, etatis trigesimo
 quarto. Ob crebra miracula post mortem
 publico cultu recoli cepit, quem a tempore,
 quod hominum memoriam superat, eidem
 impensum Clemens decimus tertius Pontifex
 maximus rite probavit, eiusque festum
 in diocesi Constantiensi hac die celebrari
 iussit.

R. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o
 pulcherrima mulierum? & dilectus meus
 candidus et rubicundus, electus ex millibus.

V. Ego in Domino gaudebo, et exultabo
 in Deo Jesu meo dilectus. V. gloria. &
 dilectus. Cant. 5. Habac. 3.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XV. Novembris.

S. Leopoldi Confessoris.

Duplex 3. lect.

Oratio Constant.

Deus, qui beatum Leopoldum ex principatu et curis huius seculi immaculatum ad regnum caeleste tranxisti: eius meritis et intercessionem concede, ita nos per haec temporalia transire: ut aeterno vite confortes effici mereamur: Per Dominum.

Lectio II.

Ex bulla canonizationis Innocentii

VIII. a. 1145.

Leopoldus Austriae Marchio, singulari proconio pietatis, quo iam inde a teneris in eo elucebat, eius cognominatus, in primo statim aetatis flore ea virtutum initia cepit, quo cum vite progressu in insignem vite sanctitatem effloruerunt. Praeterea in iuvene cum Dei timore proclara integritas, continentia et humilitas: in viro iustitia, misericordia, sapientia, ac precipuus religionis religiosorumque virorum cultus: ut ab Innocentio secundo peculiaris sancti Petri filius sit appellatus. Ad roborandam in subditis pietatem duo monasteria, Claustroneoburgense, et sancto Crucis in valle nemorosa construxit, ac Mellicense restauravit. Hic vir Dei in summis opibus educatus, in magna pecuniarum licentia constitutus, coniugalibus curis implicatus, principatus regimini ne impeditus, sedulo tamen pietatis et misericordiae munera subibat, lapsos roborans, vacillantes confirmans, oppressos subleuans, ac inopes fovens. Inter curas domus, inter coniugales anxietates, inter affectus pignorum, inter multiplices principatus sollicitudines, inter studia tot laborum immaculatum sese ab hoc seculo casto diuit, et temporalia

trahendo eterna disposuit.

¶ Beruchit foedus coram Domino, ut ambu-
laret post eum, et custodiret praecepta eius in
toto corde, et in tota anima sua: & admiravitque
super hoc omnes servire Domino Deo suo. V.
gubernavit cor ad Dominum, et in diebus
peccatorum corroboravit pietatem. & adiu-
rans. 2. Bar. 134. Eul. 114.

Lectio III.

Procedant nunc huius seculi amatores, in
peccata excusanda, conjugales, familiares,
civiles, aut regalis solii molestias, seculi ille-
cebras, aut tentationes: Leopoldi exemplo
divina providentia eos proscripsit, excu-
sationes omnes subvertit, et quasi aranea-
rum telas commenta humano fragilita-
tis dirupit. a Deo creati et redempti Deum
debitis honoribus non colimus, et illum
non tantum negligimus, sed blasphemamur
sape numero. Adhibita sunt praecepta
divina et humano legis: praeceptis obtem-
perare tergiversamus. addita sunt caelestis
praemia gloriae, indulta poenarum genera,
censura correctionis inventa: ab illis fa-
ciem quasi rebelles avertimus. Sanctorum
varia exempla ante oculos nostros proposita
sunt: ipsa quoque imitari contumaciter
recusamus. Leopoldi nobilis principis claris-
simo exemplo admonemur, ut omni excu-
satione semota per haec temporalia ita caute
ambulemus, ita sancte nos exerceamus, ut
eterna non amittamus: ut atque spe mo-
mentario huius prosperitatis, perpetuitate
gloriae caelestis non fraudemur; sed mundi
molestias, illecebras aut dignitates contem-
nendo, ad caelestem patriam totis viribus
contendamus. Obiit princeps hic sanctis-
simus quadragesimo sui principatus anno,

B. A.

Domini vero millesimo centesimo trigesimo
sexto, et in constructo a se claustro necbur-
genfi monasterio sepultus est.

R. Quis ascendit in montem Domini, aut
quis stabit in loco eius? & innocens mani-
bus et mundo corde, hic accipiet benedictio-
nem a Domino. V. Non declinavit gre-
gus meus de via, nec secutum est oculos
meos cor meum: et manibus meis non
adhersit macula. & innocens. V. gloria. & in-
nocens. Ps. 25. Job. 31.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XVI. Novembris.

S. Othmari abbatis.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. gelas.

Prostra, quosumus, Domine: ut interces-
sione et exemplo beati Othmari abba-
tis, disimulatis lacerationibus impro-
borum; ea te gubernante, que recta sunt,
cautius exequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Walafridum Strabum scripta.

Othmarus, alemannorum genere ortus,
litterarum scientia sublimatus, virtu-
tumque sectator eximius, sacerdotii
gradum conscendit. Deinde a rege Bipi-
no cello sancti galli preepse, et regularem
inibi vitam institueret iussus, confestim
boni et munditiæ studium in ipso executus
in illo, congrua monachis habitacula con-
struxit, et ipsius sacri loci statum ad uti-
litate divini officii studiosissime re-
formavit. Parsimonie sectator eximius
corpus creberrimis ieiuniis ita macerabat,
ut in precipuis ieiuniorum diebus ex

consuetudine bidui abstinentiam frequen-
tius continuaret. His contra tentationum
iacula clypeis premunitus, vigiliis ama-
bat, et apud uitate orandi spiritalia nequitis
repellebat. Profundissima humilitate et
misericordia in pauperes maxime conuuls.
variis erumnis vexatus, et calumniis
impetitus, laudem ab iniquis, quorum
violentas machinationes ad regem detu-
lerat, innocens in exilium actus, prope
Stein oppidum erumnis breui confectus
migravit ad Dominum, anno septingen-
tesimo quin quagesimo nono.

R. Locuti sunt aduersum me lingua do-
losa, et sermonibus odii circumdederunt
me: et ex pugnaverunt me gratis: & pro
eo, ut me diligerent, detrahebant mihi:
ego autem orabam. *V.* Opprobrium in-
spicienti dedisti me, obmutui et non ape-
rui os meum: quoniam tu fecisti. & pro eo.
V. gloria. & pro eo. *Ps.* 108. et 58.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XVII. et Novembris.

S. Gertrudis Virginis.

Duplex d. lect.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui in purissimo corde beato Ger-
trudis virginis tuo iucundam tibi habita-
tionem preparasti: eius meritis et inter-
ceptione cordis nostri maculas dementer
absterge; ut digna Divino maiestatis tuo
habitatione effici mereatur. Per Dominum.

Lectio II.

De vita per ven. Blossium scripta.

Gertrudis in Saxonia ex illustissima
familia progenita, quinto etatis anno spon-
so Virginum consecrata seu oblata est in

monasterio Rodardendorff, ordinis sancti Benedi-
dicti, congregationis Hirsauensis. In tenera
illa aetate divinis charismatibus et gratiis adeo
proventa fuit et illustrata, ut puella etiamnum
miram apud omnes cum admirationem tum
reverentiam sibi compararet. Crevit cum omnis
pietas, tunc ~~etiam~~ maxime, quando mo-
nasticis votis plene Numini consecrata, divi-
nis statim revelationibus mirè illustrata
aves vicinè supra communem hominum
sortem eminuit, ut ad ipsam tanquam
oraculum undique concurrerent, et nemo
ab eadem sine consolatione rediret. Abbatissa
electa eo in munere per quadraginta annos
ea charitate, prudentia, et regularis disci-
plinae integritate se gessit, ut coenobium
domus Dei esse videretur, in qua corporei an-
geli sub Gertrude magistra viverent.

R. Sponsabo te mihi in sempiternum; * et
sponsabo te in iustitia et iudicio, et in miseri-
cordia, et in miserationibus. *V.* Dabo tibi
thesauros absconditos et arana secretorum,
ut scias, quia ego Dominus. * et. *ps.* 2. *ps.* 45.

Lectio III.

Claruit Gertrudis summis virtutibus, cum
tanto periculorum omnium contemtu, ut
nihil omnino ostimaret, nihil formidaret.
ceterum tanta animi comissione praedita,
ut quoscumque intueretur, omnes sibi pre-
ferendos censeret. Charitate non in Deum
modo, sed et in proximum tota ignea vide-
batur; quidquid iuvando sive solando proxi-
mo conferre videretur, tanti faciens, ut
non tantum corpori suo necessaria negli-
geret, cibum summumque suspenderet aut
subtraheret, sed et dulcedinem contemplatio-
nis, qua in intimis caelorum mirifice

subleuata penetrabat, adeoque coelum ipsum,
inno Christum pro Christo relinqueret, ut
vel uni tribulato subueniret. Erga sanctis-
simum Eucharistiae Sacramentum et Christi
sui passionem tanto amoris et gratitudi-
nis afficiebatur ardore, ut tota lacrymis
liquefere. animas periculatis flammis
aduersus quotidianis suffragiis et assiduis
precibus subleuabat. Zelo diuini honoris
promouendi et procurando salutis proxi-
morum iugiter ardebat. Cum igitur fer-
uentissimo Dei amore potius, quam morbo
langueret, inler diuini sui sponsi amplexus
animam ad caeli gaudia transmisit anno
millesimo trecentesimo undecimo.

Ps. Eris corona glorio in manu Domini,
et diadema regni in manu Dei tui: quia
complacuit Domino in te, et gaudebit supra
te Deus tuus. *V.* Surge amica mea, speciosa
mea et veni: columba mea in foramini-
bus petrae, in caverna maccis. * quia. *V.*
Gloria. * quia. *Gla.* 62. Cant.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XVIII. Novembris.

S. Odonis abbatis.

Duplex 3. Coel.

Oratio Paris.

Da nobis, quesumus, Domine Deus noster,
beati Odonis precibus subleuari: ut per quem
seruis tuis perfectionis euangelio documenta
donasti; per eum nobis subsidia perpetua
salutis impendas. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Joannem eius discipulum
Scripta, et ex Petro venerabili.

Oratio nobilis Francus nono decimo aetatis saeculo.

anno Turonis consuetam et liberalium studio-
 rum scientiam adeptus, vir fuit per cuncta
 laudabilis, beati Martini ecclesie Turonensis
 episcopi deuotissimus, eiuſdemque ecclesie
 canonicus. annos triginta natus Burgun-
 diam petiit, ubi per quindecim annos sub
 Bernone abbate monasticam vitam duxit,
 et sacerdotio initiatus est. Cluniaci tandem
 abbas ordinatus, enormium iam et pene
 ubique sepulchrum monastici propositi fer-
 uorem reſuscitare summo conamine ag-
 gressus est: et Cluniaci prima iaciens re-
 formationis fundamenta, reſtitulo religio-
 nis semina huc illucque spargere, quod
 vixit, nunquam desistit. et tunc inter
 alia meretur illius de indigna eucharistie
 tractatione querere: multo plus, inquit,
 de hoc dolendum est, quod illud sacrosanctum
 mysterium temerare presumunt. Hoc enim
 beneficium maius est inter omnia bona, que
 hominibus concessa sunt; et hoc est, quod
 Deus maiore charitate hominibus indulſit,
 quia in hoc mysterio salus mundi tota con-
 sistit. Et certe dum indigne tractatur, per
 hoc maxime diuina quotidie maiestas in-
 iuriatur. Et hoc ergo dolendum est, de hoc
 omnimodis ingeniscendum: ut si emendare
 non possumus, vel dolendi affectum nobis in-
 epe reclamando monſtrems. quod denique
 mysterium primordiis ecclesie non tam fre-
 quenter, ut nunc celebrabatur: tamen
 quanto rarius, tanto religiosius agebatur.
 Obiit demum insignis huius ordinis restaurator
 anno nonagesimo quadragesimo secundo.
R. Dilatauit gloriam populo suo, persecutus
 est iniquos, et omnes operarii iniquitatis
 conturbati sunt: et ob id directa est salus in
 manu eius. V. Immunditias et abominations

absulit: ut statueret verba legis quae scripta
sunt. x. et. v. gloria. & directa. j. Manu. s.
4. Reg. 23.

271.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XIX. Novembris.

S. Fintani Monachi.

Duplex s. lect.

Omnia de communi Monachorum:

Sed hymni de Anachoretis.

Oratio Paris.

Quaerentium te, Domine, Saluator et custos,
qui beato Fintano, ne particeps esset in-
quinationis, renuntiare saeculo, et sub alas
tuas confugere tribuisti: eius intercep-
sione populo tuo diabolica vitare contagia;
et te solum Deum pura mente sectari. Or
Dominum.

Lectio III.

Ex vita per monachum Sabaviensem
cuius discipulum scripta, apud Mabillon.

Fintanus genere Sotus, civis provincia
Langinensis, puer in clodmanorum capti-
vitatem venit. Ex ea mirabiliter peocaa-
num natans liberatus, Gallias petiit: po-
stea Francia, alemannia et Longobardia
peragratis Romam tandem ad limina apo-
stolorum pervenit. Inde reversus in mo-
nasterio Rhinangia monachus efficitur:
ubi per quinquennium singulos virtutum
gradus ascendens, domum maioris profectus
amore succensus, in archipino eiusdem in-
sula loco se reclusit. atque inaudita corpus
abstinentia perdomuit. Cum nocte quadam
intra basilicam solus existeret, et beati
Pelafii martyris, cuius reliquia primum
Roma allata erant, suffragia ferventissime

imploraret, huiusmodi vocem audivit:
 Sedes tua in caelo iam dimissis pedibus para-
 ta est. Multis editis miraculis, cum viginti
 duos annos ita reclusus in omni austeri-
 tate transisset, ad caelestem patriam feli-
 citer emigravit circa annum octingentesi-
 mum vigesimum septimum.

R. Quae mihi fuerunt cura, haec arbitra-
 tus sum propter Christum detrimenta:
 propter eminentem scientiam Jesu Christi
 Domini mei, ut Christum lucrificarem. V.
 Elegi abiecius esse in domo Dei mei, quam
 habitare in tabernaculis pedulorum. * prop-
 ter. V. Gloria. * propter. Philip. 3. Cf. 8. 5.
 In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XX. Novembris.

S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi.
 Semidupl. 3. lect.

Oratio Paris.

Da nobis Domine, caelestis gratiae, quam
 beatus Gregorius verbis, operibus et mira-
 culis aperuit, praesens adesse praesidium:
 ut dum tanti Praesulis exempla miramur
 et colimus; eius obiam fidem imitemur.
 Per Dominum.

Lectio III.

Ex libro S. Hieronymi presbyteri, de scripto-
 ribus eccl. cap. 65. et ex libro S. Basilii
 Magni, de Spiritu S. cap. 29.

Theodorus, qui postea Gregorius appellatus
 est, de Caesarea Ponti episcopus, admo-
 dum adolescens, ob studia graecarum et
 latinarum litterarum, de Cappadocia
 Berythum, et inde Caesarem Palaestinae
 transiit, iunulo sibi fratre Athenodoro.
 Quorum cum egregiam indolem vidisset

Origenes, hortatus est eos ad philosophiam,
in qua paulatim Christi fidem subintrodu-
cens, sui quoque sectatores reddidit. De
Gregorio scribit Basiliius Magnus, quod
tantam sermonis acceperat gratiam ad
obedientiam fidei inter gentes, ut apump-
tis non plus septem diebus Christianis,
universum populum, et urbanum, et
rusticum, per agnitionem adiunxerit
Deo. Ille, inquit, et fluminum cursus
in diversum verbit, precipiens illis in
magno nomine Christi; et paludem exsic-
cavit, belli causam probentem fratribus
avaris. Ceterum, predicationes de futuris
eius modi sunt, ut nihilo sit inferior ce-
teris Prophetis. Sed omnino per longum
fuerit viri perconsere miracula; qui prop-
ter donorum excellentiam, quo in ipso
operabatur Spiritus in omni virtute,
signis ac prodigiis, ab ipsis etiam verita-
tis hostibus alter Moyses appellatus fuit.

R. Amen, amen dico vobis: * qui credit
in me, opera que ego facio, et ipse faciet, et
maiora horum faciet. V. Non surrexit
ultra in omnibus signis, atque portentis,
que fecit coram universo populo. * qui
credit. V. gloria. * qui. Joan. 14. Dent. 34.

Vespera de sequenti, commemoratio prece-
dentis.

Die XXI. Novembris.

Presentatio B. M. V. in Templo.

Duplex maius. 12. lat.

Omnia ut in festo et a divinitatis eiusdem

Die 8. Septembris, preter sequentia.

Ad I. Vesperas.

V. Audi filia, et obliuiscere domum
patris tui:

R. Et concupiscet Rex decorem tu-
um. Ps. 44.

Ad Magnif. ant. Sponsabo te mihi in
sempiternum: in iustitia, et iudicio
et fide. ose. 2.

Oratio Miss. Rom.

Deus, qui beatam Mariam semper vir-
ginem Spiritus sancti habitaculum
hodierna die in templo presentari
uoluisti: presta quaesumus; ut eius
interceptione in templo glorie tue
presentari mereamur. Per Dominum ...
in unitate eiusdem.

Ad Vigiliis et Octurnas.

Lectioes quatuor I. Octurnam
Inis R. R. De feria corrente.

In II. Octurno.Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

De S. uirginis. c. 2.

Beatior Maria percipiendo fidem Christi,
quam concipiendo carnem Christi. etiam
et dicenti cuidam: beatus uenter, qui te
portauit, ipse respondit: imo beati, qui
audiunt uerbum Dei, et custodiunt. De-
nique fratribus eius, id est, secundum
carnem cognatis, qui non in eum credi-
derunt, quid profuit illa cognatio?
Sic et materna propinquitas nihil Ma-
rio profuisset, nisi feliciter Christum

corde quam carne gestaret. Ipsa quoque
virginitas eius ideo gratior et augustior,
quia non eam conceptus Christus viro vio-
laturus, quam conservare et ipse, praecepit;
sed prius quam conciperetur, iam Deo dica-
tam, de qua nasceretur, elegit.

R. Omnis gloria eius filio regis abibit.
* afferentur regi virgines posteam, adven-
centur in templum regis. *V.* unus de ange-
lis locutus est mecum dicens: veni et specta-
vam tibi sponsam agni. * afferentur.

Ps. 114. apoc. 21.

Lectio VI.

Hoc indicant verba, quo filii factum an-
nuntianti angelo Maria reddidit: quo-
modo, inquit, fiet istud, quoniam virum
non cognosco. Quod profecto non diceret,
nisi Deo virginem se ante novisset. Vir-
ginitatem Deo dicavit, cum adhuc, quid
esset conceptura, nesciret: ut in terreno
mortali que corpore caelestis vita imitatio
voto fieret, non procepto; amore eligendi,
non necessitate serviendi: Ita Christus nas-
cendo de virgine, quo antequam sciret,
quis de illa fuerat nasciturus, virgo sta-
luerat permanere, virginitatem sanctam
approbare maluit, quam imperare.

R. Bonam te in filios, et tribuam tibi ter-
ram desiderabilem, hereditatem praestaram.
* patrem vocabis me, et post me ingredi
non cessabis. *V.* Benedicam te, et multi-
plicabo semen tuum: et benedicatur in
semine tuo omnes gentes terra. * patrem.

Ger. 13. gen. 22.

Lectio VII.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
Hom. 13. de laud. virg.

Merito concupivit Rex decorem virginis.
 Feeratenim, quid quid longe antea pra-
 monita fuerat a patre suo David, dicente
 tibi audi filia et vide, et inclina au-
 rem tuam, et obliviscere populum tuum
 et domum patris tui; et si hoc feceris,
 concupiscet Rex decorem tuum. Audivit
 quippe et vidit, non ut quidam, qui au-
 dientes non audiunt, et videntes non in-
 telligunt: sed audivit et credidit, vidit et
 intellexit, et inclinavit aurem suam
 ad obedientiam, et cor suum ad discipli-
 nam: et oblita est populum suum, et
 domum patris sui; quia nec populum
 suum regere probris suae patione, nec
 domui patris sui relinquere curavit here-
 dem.

Sp. Quod reliqueris parentes tuos, reddet
 tibi Dominus pro opere tuo: et pro ple-
 nam mercedem recipies a Domino Deo
 tuo, ad quem venisti, et sub cuius confugisti
 alas. V. Benedicte tu in mulieribus,
et beata quo credidisti. et plenam. Ruth. 2.
Luc. 1.

Lectio VIII.

O virgo prudens! quis te docuit Deo pla-
 cere virginitalatem? ubi audieras: volo
 vos omnes esse sicut et me ipsum? et:
 bonum est homini, si si permaneat se-
 cundum meum consilium? De virgi-
 nibus, inquit, proceptum non habeo,
 consilium autem do. Tu vero, non dicam
 proceptum, sed nec consilium, nec exem-
 plum: nisi quod unctio docebat te de
 omnibus; ac sermo Dei vivus et efficax
 ante tibi factus magister quam filius,
 prius instruxerit mentem, quam inducit
 carnem. Christo ergo devovisti te exhibere

virginem; et nescis, quod ipsi exhiberi te oporteat etiam matrem. Eligis in praeepe contemtilibis, et ut illi placeas, cui te probasti, maledictum incurere fertilitatis: et ecce maledictio benedictione commutatur, fertilitas fecunditate recompensatur.

R. Custodiet Dominus Deus tuus pactum tibi, et misericordiam, quam iuravit patribus tuis, et *R.* benedicet fructui ventris tui. *V.* Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. et miser. *V.* gloria. *R.* benedicet. *Deut.* 7. *Luc.* 1.

In III. Nocturno omnia ex dicto festo etativitatis, proter Evangelium.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 11.

In illo tempore: loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quodam mulier de turba dixit illi: beatus venter, qui te portavit, et ubera, quo suxisti. At ille dixit. quini- mo; beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

Ad Matutinas.

V. Unam petii a Domino, hanc requirane: *R.* Ut in habitem in Domo Domini omnibus diebus vitae meae. *Ps.* 26.

Ad Bened. ant. Salutar illi fidei donum electum, et fors in templo Dei acceptissima: et bonorum enim laborum gloriosus est fructus, et quo non concidat radix sapientiae. *Sap.* 3.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad II. Vesperas.

V. Dominus abscondit me in tabernaculo suo: *R.* Protexit me in abscondito tabernaculi sui. *Ps.* 26.

Ad Magnif. ant. In habitatione sancta coram ipso ministravi, et in domum firmata sum.

et in civitate sanctificata similiter requiescit,
et in parte Dei mei hereditas illius. Iuli. 24.

Epistolae commemoratio sequentis.

Die XXII. Novembris.

S. Ceciliae Virginis et Martyris.

Duplex ad lect.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens sempiternus Deus, qui eligis
infirmis mundi, vel fortia quoque confun-
das; da nobis in festivitate sanctae Martyris
Ceciliae congrua devotione gaudere; vel
potentiam tuam in eius passione laudamus,
et provifum nobis percipiamus auxili-
um.
Ber. Dominum.

Lectio III.

Ex Sacramentariis.

Cecilia in virginitalis proposito et in
fidei confessione Dei munere si robora-
ta est, ut habet Sacramentarium Grego-
rianum, ut nec a talis lubrico ab inten-
tione mutaretur, nec blandimentis
carnalibus demulceretur, nec foris fra-
gilitate deterreretur, nec tormentorum
inmanitate vinceretur; sed servando
corporis ac mentis integritatem, cum
virginitatis et martyrii palma eternam
mereretur adipisci beatitudinem. In
cuius gloriam etiam illud auferit, quod
legitur in antiquiori adhuc Sacramentario:
ut Valerianum, cui fuerat matrimonii
iure copulanda, in perpetuum sibi so-
ciae Martyr casta consortium, secum
dueret in coronam. Haec una est, ex quatuor
celeberrimis ecclesiae audentalis virginibus
martyrio coronatis, quarum nomen anti-
quius insertum est in canone missae. Cor-
pus eius in coemeterio Praetorali extra

urbem via appia vel in illo sepultum est,
vel illic translatum: quod Paschalis papa
postea magno cum honore intra muros trans-
tulit in Eusebiam, quam sub eius nomine
Gregorius Magnus exstruxerat. sibi Cocilia
corpus unacum sanctorum Valeriani, Ti-
burtii et Maximi; Urbani quoque ac Lucii
Pontificum corporibus sub altare collocavit.

R. Gaudens gaudebo in Domino, et ex-
ultabit anima mea in Deo meo: quia
induit me vestimentis salutis, quasi pon-
tam ornabatam monilibus suis. *V.* Cantabo
Domino, qui bona tribuit mihi: et psal-
lam nomini Domini aeterni. * quia.

R. gloria. * quia. *ps. 67. vs. 12.*

In vesperis fit commemoratio sequentis,
et S. Felicitatis Martyris, de communi
Martyris non virginis.

Oratio Sac. Greg.

Prostra, quosumus, omnipotens Deus, ut
beato Felicitatis Martyris tuo solemniter
reuerentes; meritis ipsius protegamur et
precibus. Per Dominum.

Die XXIII. Novembris.

S. Clementis pape Martyris.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens sempiterna Deus, qui in om-
nium sanctorum tuorum es virtute
mirabilis: da nobis in beati Clementis
annua solemnitate letari; qui Filius tui
martyr et Pontifex, quod ministerio cepit,
testimonio comprobavit, et quod predicavit
ore, firmavit exemplo. Per eundem.

Lectio II.

Ex libro sancti Gregorii Episcopi et Martyris
adversus haereses. l. 3. c. 9.

Post anacletum tertio loco ab apostolis
episcopatum sortitur clemens, qui
et vidit ipsos apostolos, et contulit cum
eis, cum adhuc resonantem predicatio-
nem apostolorum et traditionem ante
oculos haberet. Non solus; adhuc enim
multi supererant tunc ab apostolis docti.
Sub hoc igitur clemente, dispensatione non
modica inter eos, qui corinthi operati, fra-
tres facti, scripsit quae est Romae ecclesia
potentissimas litteras corinthiis, ad pacem
eos eos congregans, et reparans fidem eorum;
et annuntians quam in recenti ab apo-
stolis recuperant traditionem. Huius Cle-
menti successit Evaristus. Obiit autem
iuxta Hieronymum tertio Traiani anno;
et nomini eius memoriam tunc missa
canon, tunc exstructa iam tunc Romae
eius tempore ecclesia hodie usque conser-
vat.

R. Clemens adiutor meus laboravit
mecum in euangelio: & cuius nomen est
in libro vite. V. Confirmabat ecclesias,
praecipiens custodire praecepta apostolo-
rum et seniorum. & cuius. Philip. 4. ad. 15.

Lectio III.

Ex epistola sancti Clementis Papae
et Martyris ad Corinthios.

epist. j. n. 4.

Non tantum dilecti, ut vos moneamus, scribi-
mus; sed etiam ut nos ipsi commonefaciamus:
in eodem enim studio versamur, et certamen
idem nobis inpositum est. Quocirca relinqua-
mus inanes et vanas curas, atque veniamus
ad gloriosam et venerabilem sanctae vocationis
nostrae regulam. quis inter vos generosus?
quis misericors? quis charitatis plenus?
dicat. Si propter me seditio, et discordia,

P. A.

et schismata, discido, ab eo quocumque vo-
lueritis, et facio quod a plebe mandatur, solum
ovile Christi in pace degat cum consuetis
episcopis. qui hoc fecerit, sibi magnum decus
in Domino comparabit, et omnis locus cum
hucipiet. Domini est terra et plenitudo eius:
hoc, qui divinam ac cuius nunquam peri-
vitam vivunt, fecerunt et facient.

R. Christum annuntiamus, ut exhibeamus
omnem hominem perfectum & in Christo
Jesu, in quo et laboro, certando secundum
operationem eius. V. In evangelio laboro
usque ad vincula, quasi male operans: sed
verbum Dei non est alligatum: ideo om-
nia sustineo propter electos. & in V. gloria.
& in Christo. Col. 1. 2. Tim. 2.

In Natalinis filii commemoratio S. Feli-
citatatis M. Et in vespere sequentis.

Die XXIV. Novembris.

S. Chryzogoni Martyris.

Semiduplex. 3. lect.

Oratio Sac. Greg.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris,
ut qui ex iniquitate nostra nos nos que
cognoscimus; beati Chryzogoni Martyris
tui intercessionem liberemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex brev. Paris.

Chryzognus post longa vincula et carceres,
Romae pro Christi confessione toleratos, in-
veniente Diocletiano Aquileiam perductus,
postquam eundem nec blanditiis nec minis
a proposito deterreri potuit, ad aquas gra-
dulas sevari percupus est. In carcere posi-
tus sanctam Anastasiam per litteras ad
patientiam adhortatus inter alia scripsit:

uno fine concluduntur et aduersa huius
mundi et prospera, ne vel tristibus desperatio
vel letis elatio dominetur. unum mare
est, in quo navicula corporis nostri velifi-
cant, et sub uno corporis gubernatore ani-
mo nostro nauis funguntur officio.
Quorundam igitur naues fortissimis cari-
narum nexibus solidato, tenebrosi equo-
ris concitato fluctus illos proterunt.
Quorundam vero fragili iunctura lig-
norum etiam in tranquillo vicinum
morti conficiunt cursum. Prope est enim
ut pereant, qui non cogitant, qualiter
ad salutis portum pertrahantur. Tu autem
ad crucis Christi tropaeum tota mente
consurge, et te ipsam ad opus Dei propere.
Vetus est Romae titulus sancti Chrysogoni,
cuius mentio fit in concilio Romano sub
Symmacho Papa, et in Gregorii Magni
epistolis. Eius autem nomen, quod per
Aegyptum et in Africa etiam celebre fuit,
Canonis Miso, quo tota iam ecclesia occi-
dentalis utitur, a primis temporibus
in seruum est.

Ps. Per patientiam curramus ad propo-
situm nobis certamen, afficientes in aucto-
rem fidei et consummatorem Jesum: *
qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem,
confusione contenta. *v.* Si bene facientes
patienter sustinetis; hoc est gratia apud
Deum: in hoc enim vocati estis in Christo.
* qui. *v.* gloria. * qui. *Hebr.* 12. j. *1. Cor.* 2.

Vespera de sequenti, commemoratio
precedentis.

Die XXV. Novembris.

S. Catharina Virginis et Martyris.

Duplex or. lect.

Oratio Paris.

Omnipotens sempiternus Deus, cuius munere beata Catharina virginitalis et Martyrii palmam adeptam est: Da nobis eius precibus, illa corporis ac mentis servare puritatem; ut nec blanditiis carnis nec malorum acerbitate vincamur. Per Dominum.

LECTIO III.

Ex Euseb. hist. l. 8. c. 14.

Catharina, quam Graeci & Catherinam vocant, ea fuisse creditur, quam Eusebius supposito nomine his verbis dilaudat: una mulier Christiana, Alexandrinarum omnium nobilissima atque opulentissima, cum cetero a tyranno Maximino violata fuisset, effusam atque effrenatam eius licentiam viri liquadam animi celsitudine deviat. Mulier dum ob splendorem generis ac divitias, dum ob singularem doctrinam celeberrima: sed quo modestiam ac pudicitiam his omnibus proferbat. quam cum tyrannus saepius interpellasset de stupro, obtruncare quidem illam, mori ubique paratam, non sustinuit, eo quod crudelitate superior esset cupiditas: ceterum bonis omnibus spoliata in exilio damnata. Ex quo factum ipsi forte nomen Catharinae seu pure ac mundo habet. Magnae huius Martyris memoriam singulari cultu iam pridem veneratur orientalis Eusebiae eiusque corpus in Sinis Arabia monte religiose servatur. Unde nonnullis eius reliquiis seculo undecimo in Gallias allatis cultum eiusdem in his quoque regionibus propagavit.

R. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! & immortalis est memoria illius!

quoniam et apud Deum nota est et apud
homines. V. Omnis ponderatio non est
digna continens animo. & immortalis.
V. gloria. & H. quoniam.

Vespero de sequenti commemoratio prae-
cedentis.

Die XXVI. Novembris.

S. Conradi Episcopi.

Festivitas II. Clavis. 12. lect.

Omnia de communi Pontificum
praeter sequentia.

Oratio Brevis.

Deus, qui beatum Conradum Pontificem
mirificasti in terris, et in caelis aeternum
glorificas: quo sumus, ut eius apud te
iniqua intercessio nos protegat, quem
nostrum esse perpetua charitate pastorem
et patrem confidimus. Per Dominum.

In I. et nocturno lectio mer quatuor
cum suis R. P. de die currente.

In II. et nocturno.

Lectio V.

Ex vita per Udalricum I. Constant.

Episc. ad Callistum II. C. nupa.

Conradus nobili Alemannorum stirpe
progenitus, puer ecclesie Constantiensis fra-
tribus litterarum scientia imbuedus a
parentibus traditur: ubi tum in scientiarum,
tum in christiano maxime perfectionis stu-
diis plurimum profecit, et corruptibilis
naturae aeternum diuino temperavit, vitamque
arctiori parsimonia observantia moderatus
est. Quare a Obtrigo Constantiensis Episcopo
in opus ministerii assumptus, in publicis
atque privatis ecclesiasticis auro negotiis, ut
maior consilio, ita expeditior verbo, in om-
nium admiratione fuit.

Lectio VI.

Omnibus se inferiorem reputans, omnium se servum exhibuit, eorumque necessitatibus, ut poterat, succurrebat. Verum quia tanto virtutis homo digniore probandus erat exercitio, in Brepositum a fratribus eligitur, quo magis communi omnium utilitati consulerebatur. Adopto enim huiusce modis honore, ad omnes deinceps profacultatis liberalitate bonum operabatur.

Lectio VII.

Mortuo eto Hugo, cum presente beato Udalrico Augustano Episcopo de successore deliberebatur, idem Udalricus tri-duano iudicis ieiunio, Conradum non modo irreprehensibilem, sed et omni, quae apostolus Episcopum describit, forma perfectum in hoc officium hortatur assumendum. Communibus itaque suffragiis et gaudiis electus Conradus, in cathedra episcopali inponitur. In ea dignitate pastoralis officii curam sedulo executus, quod aliis predicavit verbo, proprio quoque vita sua exemplo comprobavit.

Lectio VIII.

Pauperum necessitatibus intentus amplissimum in civitate Xenodochium ex propriis facultatibus construxit, ac ceteris undique confluentibus omnia liberaliter suppeditavit. Ad maius divini cultus augmentum tres Constantiae basilicas edificavit, quas amplis in super proventus auxit. Tandem ecclesia Constantiensis, quadraginta duobus annis sane administrata, propagata religionis, virtutumque episcopali laude clarus, ac multis meritis cumulatus obdormivit in Domino anno salutis nonagesimo septuagesimo sexto, quem Callistus Secundus Papa sanctis adscripsit.

In III. nocturno Lectiones de communi,
cum Evangelio Vigilate.

In vesperis sit commemoratio sequentis.

Die XXVII. Novembris.

S. Columbani abbatis.

Duplex s. lect.

Ex 12. huius.

Oratio Paris.

Familiam tuam, Deus, in tua misericordia
operantem caelesti prolege benignis auxiliis;
ut quo de beati Columbani abbatis virtu-
tibus gloriatur, eius meritis et intercessione
perpetua pace et unitate ceteris. Per
Dominum. Leccio III.

Ex vita per Joannem monachum
Dobriensem scripta apud Mabillon.

Columbanus, Hibernus, adhuc adolescens
psalmos exposuit, multaque de divina psal-
modia et pietate christiana ubiliter scripsit.
Monasterium Benecoreense ingressus, in
sanctioris sapientie schola ad eos profecit, ut
ex discipulo factus minister virtutis, et ad-
munus predicando evangelice veritatis
et religiose perfectionis a Deo vocatus, apum-
bis secum ex eodem cenobio duodecim
monachis in Britanniam, indeque in
Gallias traiecerit. Sibi impetrata a Sigis-
berto rege licentia, Luxovicense mona-
sterium in Burgundia extruxit, quo
sancta monachorum confluit multitudo,
ut succedentibus vicisim scholis, inde-
cantandis Dei laudibus dies noctibus conti-
nuarentur. Edificato postea Fontanensi
cenobio, regulam suam in Gallias iniecit.
Luxovia puerum, quod ipse solus eius mores

...vite licentiam argueret. Theodorobus
austrasia rex benigne recepit: unde digressus
ad lacum Tigurinum primum, deinde
ad Brigantium perveniens, superstitionem
ubique debellavit. Inde postea ab
infidelibus eiectus relicto discipulo Gallo
in Italiam profectus est, ex fructuque in
Cottis alpibus Bobiensi monasterio, post
gravissimos diuturni exilii labores in
coelestem patriam migravit, anno Christi
sexcentesimo decimo quinto.

¶ Invenit eum Dominus in terra deserta:
* circumduxit eum et docuit, atque por-
tauit in humeris suis, et constituit super
excelsam terram. V. Obediuit in locum
eire, quem accepturus erat in heredita-
tem: et exiit nesciens quo iret. * circum-
duxit. V. gloria. * circumduxit. Leut. 32.
Hebr. 11.

Die XXIX. Novembris.

Vigilia S. Andreæ apostoli.

Simplex d. lect.

Officium fit de feria, præter sequentia.

Prædic in vesperis fit commemoratio S.

Saturnini M. de communi.

Oratio Sac. Greg.

Deus qui nos beati Saturnini Martyris
tui concedis natalitio perfrui: eius nos
tribue meritis adiuvare. Per Dominum.

Ad Vigiliæ nocturnas.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. in vig. S. Andreæ.

Sanctorum festa præcipua vitam sanctam
auctoritas votivis proveniende cunctis:
utiliter plene, et non ad insipientiam
nobis, si ad fuerit, qui adverbis. e multa

siquidem peccata quotidie contrahimus,
 et in multis offendimus omnes. nec solum
 omnino est celebrandas suscipere festivi-
 tates sacras, maximeque eas que maximo
 sunt, nisi prius abstinentie purifica-
 tione premisa, quo et digniores et capaci-
 res inveniamur spiritualium gaudia-
 rum. nec modo tamen preparatio est
 ad proximam celebritatem observatio
 premisa ieiunii: est et admonitio quo-
 dam, eruditioque non parva. Discimus
 ex hoc ipso, quoniam vera sit via festivi-
 tatis eterna. quid est enim, quod ieiunium
 solemnia provenimus, nisi quod per mul-
 tas tribulationes oportet nos intrare
 in regnum Dei? Hodierni itaque ieiunii,
 et eius, quam prosequamur solennitatis
 et letitiae causa est beati patris Andreae
 apostoli. Dignum est enim, ut si cum eo
 pendere non possumus, cum eo vel ieiu-
 nemus. Inveniamur ergo vel in exiguo
 communicantes patris eius, et si non
 simul affixi patibulo, simul afflicti
 ieiunio, ut miserante Deo etiam corona
 participes simus, et in presenti quoque
 spiritualium socii gaudiorum.

R. Mihi absit gloriari, nisi in cruce
 Domini nostri Iesu Christi, et per quem
 mihi mundus crucifixus est, et ego mun-
 do. V. Christo confixus cruce: vivo autem
 iam non ego; vivit verò in me Christus.
 * per quem. V. glori. P. mihi. Gal. 6. et 2.

Oratio S. Greg.

Quaesumus, omnipotens Deus: ut beatus
 Andreas apostolus, cuius provenimus
 festivitatem, suum pro nobis impleret
 auxilium; ubi nostris reatibus absoluti,

acumulis etiam periculis erua mur. Per
Dominum.

In natalibus filii commemorati habet
Iurini Me.

Die XXX. Novembris.

S. Andreæ apostoli.

Festivitas II. clas. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum præter sequentia.

In I. vesp. ad Magnif. ant. Invenit an-
dreas fratrem suum Simonem, et discipuli:
invenimus Messiam: et adduxit eum ad
Jesum. Jo. 2.

Oratio San. Gelas.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter
exoramus: ut sicut Eulogio tuo beatus
Andreas apostolus exhibuit predicator et
reclori ita apud te sit pro nobis perpetuus
interceptor. Per Dominum.

Ad vigiliam nocturnas.

Omnia de communi. Lectiones quatuor
I. et nocturni cum suis Ps. de feria aarente.

In II. et nocturno.

Lectio V.

Ex hist. Evang. et Eulog.

Andreas Bethsaida natus, qui est Galilæe
vicus, frater Petri, discipulus Joannis
Baptiste, cum eum de Christo dicentem au-
disset: eum agnovit dei; secutus Jesum, fra-
trem quoque suum ad eundem perduxit.
Cum postea una cum fratre piscaretur in
mari Galilæe,ambo a proterente Domino
vocati illis verbis: venite post me, faciam
vos fieri piscaiores hominum; nullam
interponentes moram, relictis retibus,
secuti sunt eum. Post eius ascensionem
Andreas in Scythia Evangelium predica-
vit: cumque in Græciam ^{per}venisset, multis

Proprium de Sanctis 34.

B. A.

289.

ab idolorum cultu ad Christi fidem perductis,
urbem Patras in achaia glorioso mar-
tyrio nobilitavit.

Lectio VI.

Sermo Sancti Petri Chrysologi.

Serm. 135.

Beatus Andreas hodie moriendo pro Domino,
suo virtutis gradu dominicus in cum bit herere
vestigis, ne cum cursu faciat disparem fratri,
quem natura similem, uocabit socium, spa-
rem gratia ipse persecerat. ad unam uocem
Domini, sicut ille, patrem, patriam, consensum
relinquit. Solum est, quod tempore dominico
passionis fugit: sed neque hoc impar; quia
non est grauius fugere, quam negare. Sed
equauit fratres uenia, quos si disceuerat
culpa. clam crucem, quam refugerant, postea
coniunctis uiribus ardentem in uadunt, ut
inde reatum sumserunt, inde confecerunt
caelum, inde premium sumerent et coronam.
Petrus namque crucem, arborem ascendit
Andreas: ut, qui Christo compati gestiebant,
in semet ipsis figuram formamque ipsius
exprimerent passionis, et uedenti ligno
consummarentur ad palmam. Si Andreas
noster etsi cedit ordini, premio tantum non
cedit et labori.

Lectio VII.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 2. de S. Andr.

Beati Andrea apostoli sollemnitas hodie
celebratur, quam si pia sollicitudine per-
scrutemur, multa inuenimus in ea, quae
aedificant animas nostras. In ipso siquidem
conversionis initio magnum nobis per-
fecto obedientio praestat exemplum. quan-
do quidem Christianis omnibus nec spa-
rium, nobis tamen est carius amplectendum,
qui nimirum specialiter ex ipsa professione

nostra tenemur obedientia recitatores.

Lectio VIII.

291.
Vis audire perfecte obedientie formam?
Vidit Dominus, ait Evangelista, Petrum
et Andream mittentes rete in mare; et
ait illis: venite post me, faciam vos fieri
pescatores hominum. Faciam, inquit, de
pescatoribus pescatores, immo predica-
tores. At illi continuo, nihil diuidi-
cantes aut hesitantes, non solliciti
unde viverent, non considerantes, que-
nam modo rudes homines et sine litteris
predicatores fieri possent, nihil denique
interrogantes, sine omni mora relictis
retibus et navi secuti sunt eum. Agros-
cite fratres, quoniam propter vos scripta
sunt hec, propter vos singulis annis in
ecclesia recitantur: ut discentes vera
obedientie formam, castigetis corda vestra
in obedientia charitatis; sola enim est
charitas, quo obedientiam gratam facit
et acceptabilem Deo.

In III. et nocturno.

Lectio IX.

De Epistola prima beati Pauli
apostoli ad Corinthios. cap. i.

Misit me Christus evangelizare, non
in sapientia verbi, ut non euacuetur
Cruz Christi. Verbum ^{enim} ~~perdam~~ crucis
percutientibus quidem stultitia est, iis
autem, qui salvi fiunt, id est, nobis
Dei virtus est. Scriptum est enim: per-
dam sapientiam sapientium, et pru-
dentiam prudentium reprobo. ubi
Sapientis? ubi scriba? ubi conquistator

huius seculi? et omne stultitiam fecit Deus
Sapientiam huius mundi?

Lectio X.

Nam quia in Dei sapientia non cogno-
vit mundus per sapientiam Deum, pla-
cuit Deo per stultitiam predicationis
salvos facere credentes. Quoniam et
Iudei signa petunt, et greci sapien-
tiam querunt: nos autem predica-
mus Christum crucifixum, Iudeis
quidem scandalum, gentibus autem
stultitiam; ipsis autem vocatis Iudeis
atque gentibus Christum Dei virtutem
et Dei sapientiam: quia quod stultum
est Dei, sapientius est hominibus;
et quod infirmum est Dei, fortius
est hominibus.

Lectio XI.

Videte enim vocationem vestram, fra-
tres, quia non multi sapientes secun-
dum carnem, non multi potentes,
non multi nobiles; sed quae stulta
sunt mundi, elegit Deus, ut confundat
sapientes; et infirma mundi elegit
Deus, ut confundat fortia: et ignobi-
lia mundi et contumibilia elegit
Deus, et ea quae non sunt, ut ea, quae
sunt, destrueret: ut non gloriatus
omnis caro in conspectu eius. Ex
ipso autem vos estis in Christo Iesu,
qui factus est nobis sapientia a Deo,
et iustitia, et sanctificatio et re-
demptio: ut quemadmodum scriptum
est: qui gloriatur in Domino glo-
rietur.

Et ego cum venissem ad vos, fratres,
veni non in sublimitate sermonis aut
sapientie, annuntiatus vobis testimo-
nium Christi. et non enim iudicavi
me scire aliquid inter vos, nisi Iesum
Christum, et hunc crucifixum. et
ego in infirmitate, et timore et trema-
re multo fui apud vos: et sermo meus
et predicatio mea non in persuasibili-
bus humano sapientie verbis, sed
in ostensione spiritus et virtutis: ut
fides vestra non sit in sapientia homi-
num, sed in virtute Dei.

Sequentia sancti Evangelii secun-
dum Mattheum. cap. 4.

In illo tempore: ambulans Iesus iuxta
mare Galilee vidit duos fratres, Si-
monem, qui vocatur Petrus, et Andre-
am fratrem eius, mittentes rete in
mare, erant enim piscatores: et ait
illis: venite post me, et faciam vos fieri
piscatores hominum. Illi continuo
relictis retibus secuti sunt eum. et
procedens inde, vidit alios duos fratres,
Jacobum Zebedaei et Joannem fratrem
eius in navis cum Zebedaeo patre eo-
rum, reficientes retia sua: et vocavit
eos. Illi autem statim relictis retibus
et patre secuti sunt eum.

Ad Hebr. aut. Erat Andreas unus
ex duobus, qui audierant a Joanne: et
agnus Dei: et secuti fuerunt Je-
sum. Joan. 1.

In II. Vesp. ad Magnif. ant. Omnia
 Detrimentum feci, ut Christum lucrifaciam, * ad cognoscendum illum
 et virtutem resurrectionis eius, et so-
 cietatem passionum illius; configu-
 ratus morti eius. Philipp. 3.

CB. Dominica huic festo S. Andree vi-
 ciniore incipit tempus adventus,
 seu Dominica I. illius, prout habetur
 in parte hyemali. Si hoc festum
 occurrat in Sabbato, de dicta Domi-
 nica in secundis vespereis festi fit
 tantum commemoratio.

Festa Decembris.

Die II.

S. Petri Chrysologi Episcopi
 et Doctoris.

Duplex 3. lect.

Omnia sunt in communi Doctorum.

Oratio brevis Rom.

Deus, qui beatum Petrum Chryso-
 logum Doctorem egregium, divinitus
 promonstratum, ad regendam et
 instruendam Ecclesiam tuam eligi
 voluisti: presta, quesumus, ut quem
 Doctorem vultu habuimus in terris,
 inter ceteros habere mereamur in
 caelis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex sermonibus sancti, aliis que
 monumentis ecclesiasticis.

Petrus, ob auream eloquentiam cog-
 nomento Chrysologus, Foro Cornelii
 natus, et a Cornelio eiusdem urbis epis-
 copo in religione, litteris ac pietate
 instructus est, eo fructu, ut eum cate-
 sis suo Diaconum ordinaret. Unde
 ad regendam Ravennatensem ecclesiam
 a Xisto tertio, Romano Pontifice, divi-
 nitus admonito destinatus, in prima
 mox concione gregem suum hunc in
 modum allocutus est: Hodie ecclesia
 Ravennati pro patre natus est filius,
 qui eam non pondere inclinet, non
 auctoritate deterrereat, non commotione
 sollicitet, non asperitate conturbet,
 sed fideli sustentet obsequio, cura per-
 vigili faciat, persecuram, familiam
 blanda institutione componat, hospi-
 tibus occurrat, parentibus serviat,
 regibus obtemperet, potestatibus col-
 laboreat; Dei senibus reverentiam, pue-
 ris gratiam, fratribus amorem, par-
 vulis impendat affectum, liberam
 per Christum cunctis exhibeat servi-
 tutem. Quae omnia, hisque maiora,
 ex parte, ut pollicitus est, ab eo profecta
 fuisse, rerum probavit eventus. Varios
 abusus, eosque inter ludos personatos
 Kalendis Januarii fieri solitos, profli-
 gavit, illud inter alia procellare edicens:
 qui iocari voluerit cum diabolo, non
 poterit gaudere cum Christo. Cum veram
 fidem adversus hereticos strenue defen-
 dit, et ex orienti Eutychis heresi for-
 titer se opponeret, multa quoque pro heresia

Sapienter scripsit, ex hac vita migravit
circa annum Christi quadringentesimum
quingagesimum.

R. Sapiens tanquam imbes mitteret
eloquia sapientie sue: & ipse palam
faciet disciplinam doctrinae sue, et in
lege testamenti Domini gloriabitur.

V. In corde prudentis requiescit sapien-
tia, et indoctos quosque erudit. & ipse.

V. gloria. & ipse. *Euli. 99. Prov. 14.*

Vespero de psalm. seu Dominica I. ad-
ventus, commemoratio precedentis,
et S. Francisci Xaverii Conf. ex parte
hyemali.

Explicit Proprium de Sanctis.

L. V. A. S. S. O. O.

